UNIVERSITY OF ARIZONA
39001014280369

BIBLIOTHECA

HAGIOGRAPHICA LATINA

ANTIQUAE ET MEDIAE AETATIS

EDIDERUNT

SOCII BOLLANDIANI

TOMUS PRIMUS

A - I

(1898-1899)

Réimpression anastatique, 1949

—

Société des Bollandistes

24, boulevard Saint-Michel

BRUXELLES 4

Dernières Publications des Bollandistes

I. ACTA SANCTORUM NOVEMBRIS.

Tomi II Pars posterior. 1931, in-folio, xxiv-721 pages *(Commentarius in Martyrologium Hieronymianum)*.

Tomus III. 1910, in-folio, xii-1000 pages (Dies 5-8).

Tomus IV. 1925, in-folio, xii-767 pages (Dies 9-10).

ACTA SANCTORUM DECEMBRIS.

Propylaeum. *Martyrologium Romanum scholiis historicis instructum*. 1940, in-folio, xxiii-660 pages.

II. ANALECTA BOLLANDIANA.

Tomes LVIII (1940) à LXVI (1948).

Le tome LXVII (1949) constituera les *Mélanges Paul Peeters*, offerts à l'« Ancien » des Bollandistes à l'occasion de ses 80 ans.

Indices in tomos XXI-XL (1902-1922). — 1931, 256 pages.

Indices in tomos XLI-LX (1923-1942). — 1944, 348 pages.

III. SUBSIDIA HAGIOGRAPHICA.

N° 19. *Sancti Pachomii Vitae graecae*, éd. F. Halkin. 1932, 111*-474 pages.

N° 20. H. Delehaye. *Les origines du culte des martyrs*, 2e éd. 1933, viii-443 pages.

N° 21. H. Delehaye. *Cinq leçons sur la méthode hagiographique*. 1934, 147 pages.

N° 22. *Henrici VI Angliae regis Miracula postuma*, éd. P. Grosjean. 1935, 262*-328 pages.

N° 23. H. Delehaye. *Étude sur le Légendier romain*. 1936, 273 pages.

N° 24. P. Peeters. *L'œuvre des Bollandistes*. 1942, 128 pages. (Extrait des *Mémoires de l'Académie royale de Belgique*).

N° 25. *Catalogus codicum hagiographicorum latinorum in bibliothecis publicis Namurci, Gandae, Leodii et Montibus asservatorum*. 1948, 173-204 pages (Extrait des *Analecta Bollandiana*, t. I-V et IX, enrichi de tables).

IV. HORS SÉRIE.

P. Peeters. *Figures bollandiennes contemporaines*. 1948, in-12, 120 pages.

BIBLIOTHECA

HAGIOGRAPHICA LATINA

7844
B55
1949
v.1
Main
Stacks

BIBLIOTHECA

HAGIOGRAPHICA LATINA

ANTIQUAE ET MEDIAE AETATIS

EDIDERUNT

SOCII BOLLANDIANI

A - I

BRUXELLIS

—

1898-1899

PRAEFATIO

Inter multas vias, quae colligentibus nobis hanc Bibliothecam *patebant, quae et quas ob causas potissima visa sit, in primis exponemus, quo consilium nostrum lectori benevolo perspectius fiat et, ut confidere fas est, probatius.*

Age vero cum documenta hagiographica, quae lingua latina conscripta sunt, singillatim recensere aggrederemur, id minime, — quod quidam perperam intellexisse visi sunt, — nobis fuit propositum, ut sanctorum omnium nomina per ordinem litterarum serie quadam integra persequeremur. Immo ab indice nostro omnes illos sanctos amandavimus, de quibus libelli hagiographici vel nulli scripti sunt, vel non latini, vel non anno MDI vetustiores. Porro neque illos, quos recensuimus, omnes suo loco, hoc est sub ea littera, a qua nomen ipsorum initium ducit, inseruimus; cum enim in multis documentis hagiographicis simul laudentur bini ternive aut plures sancti, ut sunt Cosmas et Damianus, Felix et Adauctus, Thyrsus Leucius et Callinicus etc., satis plerumque habuimus semel omnia sub primo quoque nomine (puta Cosmae, Felicis, Thyrsi) exscribere, praeterea autem cetera suis quaeque locis tunc dumtaxat breviter commemorare, cum alius in aliis Legendariis est nominum ordo. Ideo igitur, p. 727, Leucius martyr Caesareae non omissus est, quia idem libellus in aliis codicibus Passio SS. Thyrsi Leucii et Callinici, *in aliis vero* Passio SS. Leucii Thyrsi et Callinici *inscriptus legitur; omisimus autem sub litteris D et A Damianum et Adauctum, quia semper de SS. Cosma et Damiano, de SS. Felice et Adaucto, numquam autem de SS. Damiano et Cosma, de SS. Adaucto et Felice commentarios inscribi comperimus.*

Sed neque id nobis in animo fuit, ut omnia documenta indicaremus, in quibus de rebus gestis vel de gloria singulorum sanctorum quaedam

posteris sunt tradita, verum ut scriptiones opellasque recenseremus, quae in sanctorum vita, translationibus, miraculis tamquam in proprio argumento versantur. Iamvero non raro fit ut in Chronica quadam aut in Annalibus aut in ceteris huiusmodi operibus, quin vel in carmine aliquo aut in epitaphio aliave inscriptione, plura, certiora et antiquiora de sanctis illis exstent testimonia. Sic S. Henrici II imperatoris res gestae non tam ex ipsius Vitis (infra, n° 3811 sqq.) quam ex Chronico Thietmari Merseburgensis *et ex* Annalibus Hildesheimensibus *accipiendae sunt; sic S. Chrothildis reginae historiam in scriptis Gregorii Turonensis, non vero in* Vita Chrothildis, *quae paene tota ex recentiore* Libro historiae Francorum *hausta est, discet qui prudens esse volet; sic Vitis S. Willelmi episcopi Eboracensis prorsus praeferenda sunt quae tradit Iohannes Hagustaldensis in opere quod continuavit cum Chronico Symeonis Dunelmensis; sic, ut alia omittam, ceteris de S. Agnete documentis antiquitate praestat carmen epigraphicum Damasi papae.*

Porro his ceterisque huiusmodi vix non prorsus omissis, id praecipue intendimus, ut veluti catalogum quendam componeremus libellorum vere et proprie hagiographicorum, qui ante saeculum XVI conscripti sunt iidemque typis sunt editi, Vitas dico Passionesque sanctorum, homilias etiam et orationes quae solis laudationibus non totae absolvantur, tandem narrationes de sanctorum inventionibus, translationibus, miraculis, ceteris. Quem catalogum eo utique fine confecimus, ut statim certior fieret, qui id opus haberet, quinam superiori aetate de singulis nominatim sanctis libelli essent latine scripti; sed id etiam et haud scio an praecipue intendimus, ut evolventibus excutientibusque codices hagiographicos manu scriptos nullo negotio constaret utrum documenta, quae in Passionalibus vel Legendariis invenirent, edita vel saltem nota essent, an hactenus ignota. Quoniam vero non tam monumentum partium convenientia et concinno ordine insigne componere, quam instrumentum usu aptissimum parare volebamus, ad eiusmodi utilitates totam huius Bibliothecae *formam rationesque ordinavimus. Quae iam singillatim explicanda sunt paucis.*

I. Plerique sancti, quos recensuimus, publicis honoribus in Ecclesia catholica vel saltem in una alterave dioecesi aut in aliquo monasterio coluntur. Quia tamen non de legitimo cultu vindicando, sed de litte-

rarum hagiographicarum suppellectili colligenda nobis curandum erat, non erat cur severiori usi delectu libellos excluderemus vere hagiographicos, etiamsi de viris minime sanctis essent conscripti; quales sunt, verbi causa, Passio martyrum Donatistarum Isaac et Maximiani, quae non raro in Legendariis exscripta invenitur, Miracula Clementis III antipapae et alia eiusdem furfuris. Contra abesse voluimus personas illas, de quibus libelli specie quidem hagiographici, revera autem ioculares vel satirici editi sunt, veluti Vita sanctissimi et gloriosissimi Neminis (1), *aut* Sermo de sanctissimo fratre Invicem (2), *aut* Tractatus Garsiae Toletanae ecclesiae canonici de reliquiis pretiosorum martyrum Albini et Rufini (3).

Post singulorum sanctorum nomina annum vel certe tempus, quo mortem obierunt, quando certo constat, adnotavimus. Sin minus, illud assignavimus tempus, quod, dum meliora tutiorave desunt, in documentis etiam fide non dignis traditur. Inde ergo est quod martyrum multorum passionem non certo anno, sed sub hoc vel illo imperatore actam esse fere indicavimus; inde etiam quod, ubi de morte vel vitae tempore documenta dissentiunt, etiamsi nobis una sententia magis probatur quam altera, in hac saltem Bibliotheca *rem in medio relinquendam duximus, ita ut v. g. Dionysium Parisiensem episcopum, quem Gregorius Turonensis saec. III, Passionis auctor saec. I vixisse testantur, nos saeculo I|III, hoc est saeculo I vel III, assignamus. Est tandem ubi nullum tempus adscripserimus, sive quia de tempore documenta prorsus tacent, sive quia, — ut fit in S. Caecilia, — ea tradunt de quibus, nostro iudicio, nihil prorsus opinari satius videatur.*

Tandem dies, quem singulis nominibus subiunximus, non mortis sed cultus ecclesiastici intellegendus est. Et quoniam non solum alio die in ecclesia latina alio in ecclesia graeca, alio in hac alio in illa dioecesi quidam sancti celebrari solent, sed et saepe, sive in memoriam quarundam translationum sive alias ob causas, pluribus diversisque diebus in una eademque ecclesia idem sanctus colitur, ut plurimum satis habui-

(1) Cf. H. Denifle, *Ursprung der Historia des Nemo*, in Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte, t. IV (1888), p. 330-48, vel etiam Potthast, *Bibliotheca historica medii aevi*, 2ª ed., p. 1488. — (2) Cf. Wattenbach, in *Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit*, Neue Folge, t. XV (1868), p. 38-41. — (3) Cf. E. Sackur, in *MG.*, Libelli de lite t. II (1892), p. 423-35.

mus illum diem indicare, quo festum praecipuum in Ecclesia latina agitur.

II. Porro de singulis illis sanctis etsi libellos, ut supra dictum est, recensere constituimus, qui ante saec. XVI conscripti essent typisque essent mandati, hos tamen fines aliquando praetergressi sumus, nonnumquam etiam citra illos consistendum duximus.

A) Alia nempe documenta negleximus, ut puta

1° Non solum sermones seu laudationes mere paraeneticas, quae nihil vel parum narrationis exhibent, sed etiam

2° Hymnos plerosque, sequentias, officia metrica vel rhythmica etc.; quae, ut sunt innumera, ita magis hymnologorum quam hagiographorum operam requirunt. Horum ceteroqui amplissimum catalogum in suo Repertorio hymnologico, *cum* Analectis *nostris edito, indefessa opera colligit v. d. Ulysses Chevalier. Quaedam tamen ex his carminibus, ut sunt illa quibus constat Prudentii liber* Peristephanon, *a catalogo nostro abesse aequum non erat.*

3° Omisimus etiam vix non omnes inscriptiones sive soluta sive ligata oratione compositas. Etsi enim saepe hagiographis sunt utilissimae et quandoque primum ac pretiosissimum omnium documentorum exstent, quae de sanctis quibusdam ad nos pervenerint, tamen eae ad disciplinam aliam, epigraphicam dico, pertinent, atque, sicuti sunt Corpora inscriptionum sive generalia sive specialia a documentorum collectionibus distincta, ita praeter hanc Bibliothecam *poterit confici* Corpus inscriptionum hagiographicarum, *in quo tamquam in proprio loco monumenta illa, a libellis hagiographicis tam multum diversa, aptius colligentur. Ceterum si haec monumenta recensere coepissemus, quemnam, precor, finem recensendi fecissemus? Si epigramma Damasi papae de S. Agnete, quod 10 versiculis constat, in* Bibliothecam *recepissemus, cur non receptus fuisset eiusdem titulus SS. Felicis et Adaucti, qui 7 versiculis, cur non titulus S. Mauri, qui 4 versiculis, cur non tituli S. Felicitatis et SS. Iohannis et Pauli, qui ternis versiculis absolvuntur? cur tandem non innumerae inscriptiones quae, licet paucis verbis conceptae sint, momenti tamen, ut omnes norunt, saepe sunt maximi?*

4° Omisimus insuper plerasque bullas, quas dicunt, canonizationis, ut quae pro suo fine rerum narrationem tam parce attingant, ut aliis libellis hagiographicis illam solummodo summam laudem superaddant, quam inlustribus servis Dei tribuit pontifex Romanus. Retinuimus tamen bullas in quibus res a sancto sanctave gestae fuse narrantur, qualis est bulla Iohannis XXII (infra, n° 5054), quae aliquando in Legendariis exscripta est tamquam Vita S. Ludovici episcopi edita a domno Iohanne papa.

5° Tandem consulto neglecti sunt, qui de vita et passione domini nostri Iesu Christi conscripti sunt, non solum libri canonici, sed et libelli apocryphi multi, epistulae spuriae, carmina etc. Quae provincia, praeter quam quod extra fines hagiographorum posita est, multo amplius patet quam vulgo creditur, neque satis hactenus est investigata, ideoque specialem tractationem omnino postulat.

B) Iamvero, dum haec omisimus, quae omittenda videbantur, contra non pauca in Bibliothecam *recepimus, quae recipi non omnino oportebat, at non sine multorum lectorum desiderio afutura fuisse intelleximus. Nempe*

1° Non solum, — quod proprie erat huic operi propositum, — libellos editos recensuimus, verum et codices manu scriptos permultos conquisivimus, ut nempe eos libellos colligeremus, qui nondum quidem editi sunt, at nihilominus satis sunt cogniti. Cognitos autem intellegimus eos, de quibus modo brevius modo fusius disseruerunt cum alii viri docti, tum etiam in Actis Sanctorum *decessores nostri, quos tamen vel typis dignos non censuerunt vel aliam quamlibet ob causam ineditos reliquerunt; cuiusmodi sunt plurimae retractationes seu recensiones variae nonnullarum Passionum vel Legendarum, quas etiam ipsi in conficiendis catalogis codicum hagiographicorum saepe invenimus, neque a libris iam editis differunt nisi verbis. Cognitos multo magis dicemus libellos ex quibus excerpta sive pauca sive etiam bene multa in libris impressis prolata sunt; quorum tamen saepe initium et finis, vel saltem alterutra pars ex codicibus nobis erat requirenda. Maxime tandem cogniti illi censendi sunt, quorum verba genuina nondum prodierunt, sed qui vel a Surio " mutato stilo „ sunt editi, vel ab aliis in linguam vernaculam versi, ita ut sola ista versio typis ederetur. Porro libros ineditos negleximus paucos quidem illos, quorum exemplar ab aliis olim*

quidem lectum est, qui de illo posteris nonnulla tradiderunt, a nobis autem etiam multum quaerentibus non contigit reperiri; sed et multos alios, de quibus vel nihil adhuc viri docti monuerunt, vel tam pauca tradiderunt, — puta cum sola prima verba in catalogis codicum exscripta sunt, — ut libelli illi tamquam vere cogniti haberi non possint.

2° Quamvis sola documenta ante saec. XVI conscripta colligere studuerimus, pauca tamen quae sive certo sive probabiliter anno 1500 posteriora sunt, recensere visum est. Ita, verbi causa, Vitae S. Odiliae fragmenta spuria ab Hieronymo Vignier conficta ideo non omnino praetermisimus, ne incauti falsa specie decepti improba fraude deciperentur. Ita etiam Vitas, quae in Breviario Aberdonensi annis 1509 et 1510 typis edito leguntur, etsi forsan non omnes saeculo XVI antiquiores sunt, indiscriminatim tamen recepimus, ne unica, quae supersunt, de multis Scotiae sanctis documenta neglegerentur.

3° Neque etiam satis habuimus libellos de singulis sanctis separatim conscriptos colligere; verum necessarium quoque duximus capitula librorum illorum singillatim enumerare, quorum auctores plurium et quandoque etiam plurimorum sanctorum historias in seriem perpetuam quandam contexuerunt, ita ut variis horum librorum particulis quasi totidem Vitae vel Passiones breves aut certe totidem narrationes hagiographicae constarent. Usu enim didiceramus non paucas ex his partibus seu particulis in Legendaria vel Passionalia manuscripta passim esse receptas. Sunt autem hi libri Gesta pontificum Romanorum *seu* Liber pontificalis ecclesiae Romanae, *item* Gesta episcoporum *aliarum sedium,* Historia abbatum *quorundum monasteriorum, tum etiam Gregorii Turonensis* libri miraculorum, *Gregorii Magni* libri dialogorum, *Aldhelmi carmen* De laudibus virginum, *Adonis* Martyrologium, *Flodoardi carmina* De Christi triumphis, *Iacobi de Voragine* Legenda aurea, *Vincentii Bellovacensis* Speculum historiale, *Petri de Natalibus* Catalogus sanctorum *et alia similia.*

Duo tamen monenda sunt: primum, minime omnia huiusmodi opera, v. gr. non omnia, quae supersunt, Gesta episcoporum a nobis esse recepta et singillatim recensita, sed ea tantummodo, in quibus excerpendis operae pretium videbatur; alterum vero, ipsorum operum, quae recepimus, non omnia capitula omnesve particulas esse recensitas, sed

neglectas fere esse, praesertim in Adone et in Petro de Natalibus (1), *brevissimas illas laudationes seu commemorationes, quae certe tanti non erant, ut, his et aliis similibus aequo iure receptis, in immensum crescere volumen nostrum sineremus.*

III. Libellos porro illos, quos in Bibliothecam *recepimus, ad singulorum sanctorum nomina eo ordine adposuimus, ut antiquissimum quodque monumentum ante recentiora collocaretur, quotiens cuiusque aetatem sive ex prudentum iudicio, sive ex nostra utut breviori disquisitione certo eramus adsecuti. Ubi autem adhuc sub iudice lis erat, certius quid exspectantes, ordinandi ratione usi sumus, quam res obtulit maxime opportunam. Saepe vero, ut elenchus concinnior esset et luculentior, primo loco Vitas, postea narrationes translationum, inde libros miraculorum recensuimus, neque semper eodem modo, sed ut in singulis locis melius fieri poterat, lectorum utilitatibus inservire studuimus.*

Scriptorum nomina tum vera, tum coniecturis sive gravibus sive inanibus reperta, tum indoctorum errore vel falsariorum fraudibus conficta, sedulo notavimus. De rebus autem, quae in ipsis documentis narratae sunt, quominus ullam sententiam proferremus, obstare visa est ipsa huius Bibliothecae *ratio, in qua documenta recensenda quidem, non autem examinanda suscepimus; ideoque, verbi causa, " translationem „, non vero " fictam seu falsam translationem „ eam etiam diximus, quam virorum doctorum iudicio constaret neutiquam contigisse.*

Ut singula documenta, quae quidem maioris momenti essent, nullo negotio agnoscerentur, exscripsimus prologi, si quis erat, initium, tum prima libelli verba,tum eiusdem clausulam; tamquam clausulam autem non semper protulimus ultima libelli verba, quae saepe formulis illis sollemnibus constant, v. g. praestante *vel* regnante Domino *etc. etc...,* ad laudem et gloriam *etc. etc...,* cui est honor et gloria *etc. etc...;* qui vivit et regnat ... *vel alia qualibet coronide; quae non solum plurimis*

(1) Sed et in Petro de Natalibus ea etiam prorsus praetereunda censuimus, quae ex antiquioribus libellis notissimis, v. c. ex Martyrologio Adonis, ex Rufini Historia ecclesiastica, ex Vitis Patrum etc., nulla re addita, nonnullis saepe omissis vel contractis, desumpsit auctor.

opusculis communes sunt, sed quae praeterea eiusdem opellae exemplaria manu scripta modo omittunt, modo alias aliter referunt; sed saepe satius visum est vel allegare verba quae has formulas continuo praecedunt, vel etiam initium ultimae vel paenultimae sententiae exscribere. Imno in quibusdam etiam documentis, — ut sunt Miracula S. Barbarae, S. Mariae Magdalenae, S. Nicolai, S. Remacli etc., — quae usu comperimus aliis capitulis omissis aliisve additis aut alio eorundem capitulorum ordine instituto in diversis codicibus diversam veluti speciem induisse, singulorum capitulorum initia tradidimus. Tandem monitos lectores volumus, ubi libellorum quorundam sola excerpta typis mandata adhuc sunt, prima et ultima, quae proferimus, verba non horum excerptorum esse, sed ipsius libelli, cuius nempe initium et clausulam ex codicibus manu scriptis, quotienscumque fieri poterat, deprompsimus.

IV. Libellorum editiones omnes proferre studuimus, duobus tamen editionum generibus exceptis, quorum alterum generali quadam formula indicavimus, alterum vix non penitus neglexímus. Infinitiori sane mentioni locus erat in iis libellis, qui inter opera sanctorum Patrum vel in conciliorum collectionibus vel in huiusmodi libris saepe recusis edi solent. Si enim ad Pseudo-Ambrosii Passionem S. Agnetis, ad divi Bernardi Vitam S. Malachiae, ad divi Augustini sermones de miraculis S. Stephani etc. innumerae editiones recensendae essent, quae opera eorundem Ambrosii, Bernardi, Augustini etc. complectuntur; si quotiens caput aliquod ex Gregorii Turonensis libris miraculorum, aut ex Dialogis Gregorii Magni aut ex Libro pontificali afferretur, totiens horum operum editiones omnes congerendae essent, non solum nos immenso atque inutili labore obruissemus, sed dum hanc Bibliothecam, *iam bene amplam, ducentarum saltem pagellarum mole augeremus, imminebat periculum, ne importuna haec diligentia legentibus molestior fieret quam utilior. Satius ergo duximus, una aut etiam altera editione recentiore vel communiore allata, ceteras generatim commemorare.*

Alterum genus editionum vix non neglexímus, puta Breviaria, etiam ea quae ante annum 1500 typis excusa sunt. In quibus nonnullae quidem narrationes breviores inter lectiones ad matutinum leguntur; verum praeterquam quod multae inter illas ex libellis notissimis excerptae sunt aut contractae, non ita multae nova et utilia documenta

continent (1), *insuper in his Breviariis perquirendis et excutiendis tantum tempus expendendum erat, ut nequaquam operae pretium faceremus. Breviaria igitur atque Officia, quae dicuntur, propria pleraque praetermisimus; pauca ab aliis allata breviter hinc inde protulimus; pauciora, prout usus erat, ipsi excussimus.*

Ceteras vero documentorum hagiographicorum editiones omnes conquisivimus et, quantum fieri poterat, ipsi vidimus; decem tamen aut summum viginti libros, quos vel in bibliothecam nostram advehendos curare, vel ipsi in locis, in quibus servantur, perquirere aut non poteramus, aut opportunum non aestimavimus, pro nobis amici optimi et doctissimi sedulo inspexerunt. Quamquam autem magno conatu institerimus ut omnia volumina, in quibus libellos hagiographicos inveniendi spes esset, nanciscerenur et evolveremus, minime confidimus nihil a nobis praetermissum esse cui suus foret in Bibliotheca *locus. Si tamen in notissimis illis bibliographicis instrumentis, quae, dum catalogum nostrum describebamus, semper prae oculis habuimus, ut est utilissima illa* Bibliotheca historica medii aevi *Augusti Potthast b. m. vel Ludovici Hain* Repertorium bibliographicum, *libelli quidam vel editiones proferuntur, quae apud nos non compareant, noverit lector ea consulto omissa esse, sive quia libellus post an. 1500 conscriptus est, qualis est illa* Legenda sanctarum virginum Christiane, Kunegundis, Mechtundis et Wibrandis de societate Undecim milium virginum (Hain, *4983* = Copinger, *II, n° 5911*), *quam non ante annum 1504 esse compositam ex lectione VIII constat; — sive quia non latina lingua sed vernacula libellus prodiit, v. c. isti* Atti del martirio di S. Alessandro I pont. e mart., *Roma, 1858, quos affert Potthast, 2ª ed., p. 1152; — sive quia editio, quae laudatur, non liber typis editus, sed codex est manu scriptus, ut codex Bambergensis E. III. 9.* (*Andr.* Lang, De sanctis Ordinis S. Benedicti), *qui incaute habitus est tamquam editio princeps Vitae S. Liutbirgis* (*Potthast, 2ª ed., p. 1431*), *— sive aliam quamlibet ob causam.*

V. Neque sine maturo consilio factum est ut alia praetermitterentur, quibus adiectis non modicam utilitatem huic Bibliothecae *accessuram*

(1) Breviarii Aberdonensis, de quo supra diximus, peculiaris est condicio, ut plurimas exhibeat narrationes, quae alibi servatae non sint.

fuisse intellegebamus. Haec additamenta ad quattuor genera revocantur : primum, ut notaremus ex quibus codicibus libelli essent editi; alterum ut, ubi pluries idem libellus editus est, distingueremus editiones illas inter, quae ad codices manuscriptos paratae sunt, et illas, quae unice ex anteriore aliqua editione pendent; tertium, ut de singulis documentis moneremus quonam circiter tempore essent conscripti; quartum tandem, ut quae de eisdem libellis a viris doctis conscriptae sunt disquisitiones sive fusiores, sive etiam breviores (1), *singillatim recenseremus. Iam vero haec, ut nullo negotio de paucis quibusdam libellis praestari poterant, contra, si de universis documentis, quae in hoc catalogo numerantur, addere voluissemus, vix ac ne vix quidem, aliquot annis in hoc labore consumptis et operis huius mole mirum quantum aucta, ad exitum deduxissemus. Ut enim alia omittamus, libelli quidam non ex uno codice, sed viginti aut triginta aut etiam plus quinquaginta codicibus collatis editi sunt; nonnullarum editionum exemplaria nonnisi in locis dissitis repperimus, unius v. gr. in Museo Britannico, alterius in Bibliotheca Nationali Parisiensi, quae cum simul conferri non possent, non erat definire utrum una editio altera niteretur; de tempore autem, quo multi libri compositi sunt, aut nemo inquisivit, aut in alias sententias alii abierunt; demum, cum ante aliquot annos de Vitis non ita multorum sanctorum, illorum nempe qui aetate carolingica vixerunt, criticas sententias, quae in libris virorum doctorum reperiuntur, recensere coepissemus, experti novimus rem esse ingentis laboris et prope infiniti. Atque his et aliis multis, quae peritus quisque facile intelleget, deterriti sumus ne meliora nequicquam sectantes, tutiora praeterlaberemur.*

Porro cum iam post continuas aliquot annorum curas ultima huius Bibliothecae *folia in publicum edimus, grato et libenti animo recordamur viros illos doctos, qui eximia benevolentia nos in ea colligenda saepe adiuverunt; praefectos nempe ceterosque custodes bibliothecarum, ad quas adivimus, imprimis vero regiae Monacensis et nationalis Parisiensis, qui nihil non fecerunt ut labor noster levaretur; earum etiam*

(1) Notandum siquidem est non raro paucas lineolas a viro doctissimo de quodam documento obiter conscriptas multo maioris esse momenti quam pagellas bene multas vel integra etiam opuscula, quae de eadem re a sciolis vel a minus doctis viris conscripta sint.

bibliothecarum custodes, ut regiae Berolinensis, civitatis Coloniensis, regiae Hagensis, regiae Havniensis, universitatis Leidensis, universitatis Lipsiensis, regiae Monacensis, universitatis Upsalensis etc., qui libros plurimos Bruxellas in bibliothecam nostram missos liberaliter commodarunt; bibliothecarios insuper sive publicos, sive privatos, aliosque viros doctos in Austria, Gallia, Germania, Hispania, Italia, qui interrogantibus nobis initium et clausulam Vitarum ineditarum, quas in codicibus suis servari noveramus, et alia scitu utilia, litteris datis, benigne submiserunt; amicum optimum Herbertum Thurston S. I., qui quae ex voluminibus Londiniensibus aut non satis plene aut non satis distincte adnotaveramus, saepe supplevit; v. cl. M. Cl. Gertz, professorem Havniensem, qui Vitarum latinarum sanctorum Daniae, quarum sola versio danica prodiit et quas prelo paratas habet, initia et clausulas liberaliter nobis exscripsit; viros egregios Ludovicum Traube, professorem Monacensem, et Paulum de Winterfeld, quorum humanitate factum est ut carmina in priore parte tomi IV Poetarum latinorum medii aevi *edita, ante etiam, quam pars illa prodiret, in catalogum nostrum reciperentur; RR. DD. G. Busson et Amb. Ledru, qui libri magna iam ex parte excusi, in quo Actus episcoporum Cenomannensium post non multos dies edituri sunt, exemplar nobis evolvendum perhumaniter dederunt. Neque defuit nobis officiosissima voluntas v. cl. Brunonis Krusch, qui, adnuente viro inlustri Ernesto Dümmler, quo principe consilii eduntur* Monumenta Germaniae historica, *pagellas circiter 630 nobiscum communicavit, quotquot nempe hactenus impressae erant, tomi illius qui futurus est* Scriptorum rerum merovingicarum *quartus. Quorum omnium benignam liberalitatem non nos tantum grato memorique animo persequimur, sed ii etiam cuncti acceptam habebunt, quibus, eorum opera, haec nostra* Bibliotheca *facta erit utilior atque ornatior.*

His igitur ceterisque omnibus dum gratias ex animo agimus, precamur simul ut in posterum etiam huic Catalogo complendo et corrigendo favere non desistant.

Bruxellis, in festo Omnium Sanctorum A. D. MCMI.

LIBRI SAEPIUS ALLATI

Act. SS. = *Acta Sanctorum quotquot orbe coluntur* ... collegit ... Ioannes Bollandus etc. Antverpiae, Tongerloae, Bruxellis, Parisiis, a tomo I Ianuarii (Antverpiae, 1643) ad tomum II Novembris (Bruxellis, 1894), in fol.

2ª ed. (quam negleximus). Venetiis, a tomo I Ianuarii (1734) ad tomum V Septembris (1770), in fol.

3ª ed. Parisiis, apud V. Palmé, a tomo I Ianuarii (1863) ad tomum X Octobris (1869), in fol.

Quando libellus aliquis in quodam *Actorum* tomo integer editus est, eiusdem libelli particulas, quae in aliis tomis subinde prolatae sunt, fere negleximus.

Act. SS. Belgii = *Acta Sanctorum Belgii selecta*, ed. Ios. Ghesquierus, Corn. Smetius, Isfr. Thysius. Bruxellis et Tongerloae, 1783-1794, 6 tomi in-4°.

Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmant. = *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, ed. Car. De Smedt et Ios. De Backer. Edinburgi et Brugis, 1888, in-4°.

Acta apost. apocr. = *Acta apostolorum apocrypha*, ed. R. A. Lipsius et Max. Bonnet. Lipsiae, 1891 et 1898, in-8°. Pars I. *Acta Petri* etc. ... ed. Lipsius. Partis II volumen I. *Passio Andreae* etc. ... ed. Bonnet.

Ado = Adonis archiepiscopi Viennensis *Martyrologium*. Ed. [1] partim Lipomanus [vid. s. v.], IV, f. 150-232ᵛ; magis integre [2] Mosander, apud Surium [vid. s. v.], VII (1581), 1083-1235; VII (1586), 287-435; dein multo melius [3] H. Rosweydus, *Vetus Romanum martyrologium ... et Adonis Vienn. archiep. Martyrologium* (Antverpiae, 1613), 31-214; 2ª ed. (Paris. 1645), 1-112; [4] *Bibl. patr. Lugd.* (1677), XVI. 823-914; [5] D. Georgius, *Martyrologium Adonis*, Romae, 1745, in fol.; [6] *P.L.* CXXIII. 181-436. — **Var. lect.** Zacharias (F. A.), *Bibliotheca Pistoriensis* (Augustae Taurin., 1752), 98-137. — In *Act. SS.* ad singulos fere dies exscriptae sunt vix non omnes Adonis de singulis sanctis laudationes. Quod hic semel monuisse sat est.

Ado, *De festiv. apost.* = Adonis archiep. Vienn. *Libellus de festivitatibus sanctorum apostolorum* etc. Editus est ante ipsum *Martyrologium* in editionibus de quibus supra [3-6].

Agnellus = Agnelli presb. Ravennatis *Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis*. Ed. [1] B. Bacchinius, *Agnelli qui et Andreae ... Liber pontificalis*, Mutinae, 1708, 2 tomi in-4°; [2] Muratorius, *Scr. rer. ital.* II, 1. 17-186; [3] *P.L.* CVI. 452-750; [4] O. Holder-Egger, in *MG.* Scr. rer. langob. 275-391.

Aldhelmus, *De laude virg.* = Aldhelmi ep. Shireburnensis Carmen *De laudibus virginum*. Ed. [1] Canisius, *Ant. lect.* V. 798-863; ed. Basnage, I. 713-54; [2] *Bibl. patr. Colon.* (1618), VIII. 3-19; [3] *Bibl. patr. Lugd.* (1677), XIII. 3-19; [4] I. A. Giles, *S. Aldhelmi ... opera* (Oxonii, 1844), 135-202; [5] *P.L.* LXXXIX.

237-80. — Fere autem negleximus eiusdem opus soluta oratione conscriptum *De laudibus virginitatis sive de virginitate sanctorum* (saepe editum, tandem vero a Giles, t. c. 1-82; *P.L.* t. c. 103-67), cuius ceteroqui capitula paene singulis libelli metrici capitulis respondent.

Amalricus Augerius de Biterris, *Actus pontificum Romanorum* (ed. Eccard, *Corp. hist. med. aevi*, II. 1641-1824; || Muratorius, *Scr. rer. ital.* III, 2, passim). — Libellum excerpsimus solummodo inde ab Urbano II († 1099).

Anal. Boll. = *Analecta Bollandiana*. Bruxellis, t. I (1882) - t. XX (1901), in-8°.

Analectes hist. eccl. Belgique = *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, publiés par Edm. Reusens etc. etc. Louvain, t. I (1864) - t. XXVIII (1900), in-8°.

Anecdota Ioh. Gielemans = *Anecdota ex codicibus hagiographicis Iohannis Gielemans*, ediderunt Hagiographi Bollandiani. Bruxelles, 1895, in-8°. — Semel monuisse iuverit quaedam huius libri exempla prodiisse, quibus praefixus erat (p. 1-88) codicum illorum catalogus (excerptus ex *Anal. Boll.* XIV. 1-88), sub hoc titulo : *De codicibus hagiographicis Iohannis Gielemans ... adiectis anecdotis*. Anecdota ibi a pagella 91 initium sumunt.

Antoninus Florent. *Chronic.* = Antonini archiep. Florentini *Chronicon* (alias *Opus historiarum*, alias *Summa historialis*), saepe editum sive solum, sive simul cum ceteris Antonini operibus.

Antonius Senensis, *Vitae SS. Patrum Ord. Praed.* = Antonius Senensis, *Vitae sanctorum Patrum Ordinis Praedicatorum ... ex Surio Carthusiano collectae*. Lovanii, 1575, in-24°.

Archiv für oesterr. Gesch. = *Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen*. Wien, Bd. I (1848) - Bd. XXXIII (1863), in-8°. *Archiv für oesterreichische Geschichte*. Wien, Bd. XXXIV (1865) - XC (1901), in-8°.

Archivum Pertzii = *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*. Bd. I-IV, Frankfurt a. M., 1820-1822, in-8° (Bd. I-III herausgeg. L. J. Büchler und C. G. Dümge). Bd. V-XII, Hannover, 1825-1874, in-8°, herausgeg. von G. H. Pertz. — De sequentibus tomis vid. infra, *Neues Archiv*.

Baluzius, *Misc.* = Stephani Baluzii *Miscellaneorum* libri VII, *hoc est Collectio veterum monumentorum*. Parisiis, 1678-1715, tomi 7 in-8°.

2ª ed. = *Stephani Baluzii Tutelensis Miscellanea novo ordine digesta* ... ed. I. D. Mansi. Lucae, 1761-1764, tomi 4 in fol.

Bandinius, *Bibl(iotheca) Leopoldina Laurentiana*. Florentiae, 1791-1793, tomi 3 in fol.

Bandinius, *Catal. cod. lat. bibl. Mediceae Laurentianae* = A. M. Bandinius, *Catalogus codicum latinorum bibliothecae M. L.* Florentiae, 1774-1777, tomi 4 in fol.

Baronius, *Annales* = Caesar Baronius, *Annales ecclesiastici* [an. 1 - an. 1198], Romae, 1588-1593, tomi 12 in fol. Saepe postea recusi. — Desunt in primis editionibus numeri I, II, III ..., qui in margine posteriorum editionum adscripti sunt, ut designarentur totidem paragraphi in quas singuli anni distribuuntur.

Baronius, *Martyrologium Romanum* = *Martyrologium Romanum* ... Accesserunt Notationes atque Tractatio de Martyrologio Romano, auctore Caesare Baronio. Romae, 1586, in fol. Saepe postea recusum.

Barralis, *Chronologia Lerinensis* = Vincentius Barralis, *Chronologia sanctorum et aliorum virorum illustrium ac abbatum sacrae insulae Lerinensis*. Lugduni, 1613, 2 partes in-4°.

Bartholomaeus de Pisis, *De conformitate*. Vid. infra n° 3134 (**Franciscus Assisiensis**, 24).

Basnage, *Thes. monum.* Vid. infra, s. v. Canisius, *Ant. lect.* 2ª ed.

Beda, *Hist. eccl.* = Venerabilis Bedae *Historia ecclesiastica gentis Anglorum*. Edita saepissime, non solum cum Bedae operibus sive aliis, sive ceteris, sed et seorsim. Satis erit has editiones recensuisse [1] *Baedae Historia ecclesiastica* etc. ed. I. Smith, Cantabrigiae, 1722; [2] inter *Monum. hist. Britannica*, ed. H. Petrie, I (1848), 103-289; [3] *P.L.* XCV. 21-290; [4] *Baedae Historia ecclesiastica*, ed. Alf. Holder, Freiburg, 1882 et iterum 1890, in-8°; [5] *Ven. Baedae Historiam ecclesiasticam* etc. recognovit Car. Plummer. Oxonii, 1896, 2 tomi in-8°.

Bedae opera. Operum omnium hae praesertim editiones recensendae videntur [1] Basileae, 1563, 8 part. in 4 vol. in fol.; [2] Coloniae 1612 et iterum 1688, 8 part. in 4 vol. in fol.; [3] ed. I. A. Giles, Londini, 1843-1844, 12 vol. in-8°; [4] *P.L.* XC-XCV.

Bernardi ab. Clarevallensis opera omnia. Editiones, quae plurimae sunt, non omnes inspeximus; ex his vero quas inspeximus plerasque negleximus, praeter Horstianam an. 1641, Horstiano-Mabillonianam an. 1667, Mabillonianas an. 1690 et 1719, editionem Gaume an. 1839 et *P.L.* CLXXXII-CLXXXV.

Bibl. Casin. = *Bibliotheca Casinensis seu codicum manuscriptorum qui in tabulario Casinensi asservantur series*. Ex typographia Casinensi, 1873-1894, in fol. Tomus I-IV et pars I tomi V. — Singulis voluminibus subiunctum est « Florilegium „ in quo edita sunt documenta e codicibus Casinensibus exscripta.

Bibl. patr. Paris. (1575) = *Sacra Bibliotheca sanctorum patrum*, ed. Margarinus de la Bigne. Paris. 1575, 8 tomi in fol. Quibus an. 1579 accessit tomus IX seu Appendix.

Bibl. patr. Paris. (1589) = *Sacra Bibliotheca sanctorum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum probabilium*, ed. Marg. de la Bigne. Paris. 1589, 9 tomi in fol.

Bibl. patr. Paris. (1610) = *Bibliotheca veterum patrum et auctorum ecclesiasticorum*. Parisiis, 8 tomi in fol., 1609 (tomus I) et 1610 (tomi II-VIII).

Bibl. patr. Colon. (1618) = *Magna Bibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*. Coloniae, 1618, 14 tomi in fol. Tomus XV (auctarium et supplementum), Coloniae, 1625, in fol.

Bibl. patr. Paris. (1624) = *Bibliotheca veterum patrum et auctorum ecclesiasticorum*. Parisiis, 1624, 10 tomi in fol.

Bibl. patr. Paris. (1644 et iterum 1654) = *Magna Bibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*. Parisiis, 1644 et iterum 1654, 17 tomi in fol.

Bibl. patr. Lugd. (1677) = *Maxima Bibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*. Lugduni, 1677, 27 tomi in fol.

Bielowski. Vid. infra, s. v. *Mon. Pol. hist.*

Biragus, *Datiana historia* = *Datiana historia ecclesiae Mediolanensis ... vel Anonymi Mediolanensis ... ad S. Datium episcopum liber de primis episcopis Mediolani*, ed. Aloysius Biragus. Mediolani, 1848, in-4°.

Boehmer, *Fontes rer. Germ.* = Ioh. Fr. Boehmer, *Fontes rerum Germanicarum*. Stuttgart, 1843-1868, 4 tomi in-8°.

Bonnet, *Acta apost. apocr.* Vid. *Acta apost. apocr.* II, 1.

Bordier, *Les Livres des miracles de Grégoire de Tours* = H. L. Bordier, *Les Livres des miracles et autres opuscules de Georges Florent Grégoire, évêque de Tours*. Paris, 1857-1864, 4 volumes in-8° (Publication de la Société de l'histoire de France).

Borgia (St.), *Memorie istor. di Benevento* = Stefano Borgia, *Memorie istoriche della pontificia città di Benevento*. In Roma, 1763-1769, 3 tomi in-4°.

Bosco (Io. a) *Bibl. Floriac.* = Ioannes a Bosco [Dubois], *Floriacensis vetus bibliotheca*. Lugduni, 1605, 3 partes in-8°.

Bosquet, *Eccl. gall. hist.* = [Franciscus Bosquetus], *Ecclesiae gallicanae historiarum tomus primus*. Parisiis, 1636, 2 partes in-4°.

Bouquet = *Recueil des historiens des Gaules et de la France.* Paris, 1738-1876, 23 tomi in fol. — Sola prima octo volumina a Martino Bouquet, reliqua ab aliis edita sunt.

Braun (Pl.), *Notitia hist.-lit.* = Placidus Braun, *Notitia historico-literaria de codicibus manuscriptis in bibliotheca liberi ac imperialis monasterii Ordinis S. Benedicti ad SS. Udalricum et Afram Augustae extantibus.* Augustae Vindelicorum, 1791-1796,6 tomi in-4°.

Brev. Aberdonense = *Breviarii Aberdonensis ... pars hyemalis,* item ... *pars estivalis.* In Edimburgensi oppido, 1509, 1510, 2 tomi in-4°; altera ed. Londini, 1854, 2 tomi in-4°.

Brev. Corisopitense, litt. gothicis. — Sic designavimus parvulum volumen, cuius exemplar mutilum in nostra bibliotheca servatur. De quo cf. Plaine, *Vie inédite de S. Corentin* (Quimper, 1886), p. 6.

Brocchi, *Vite de' SS. et BB. Fiorentini* = Giuseppe Maria Brocchi, *Vita de' santi e beati Fiorentini.* Firenze, 3 tomi in-8°. [Parte prima], 1742. Parte secunda. [Volume I], 1752; [Volume II], 1761.

Browerus (Chr.), *Sidera Germ.* = Christophorus Browerus, *Sidera illustrium et sanctorum virorum qui Germaniam ... gestis rebus ornarunt.* Moguntiae, 1616, in-4°. Constat hic liber decem libellis, quorum unusquisque proprio titulo et (excepto libello secundo) propria pagellarum serie distinctus est.

Bullarium romanorum pontificum. Multae sunt editiones; unam excussimus, quam curavit Carolus Cocquelines, *Bullarum, privilegiorum ac diplomatum Romanorum pontificum amplissima collectio.* Romae, 1739-1750, 17 tomi in 28 vol. in fol.

Busson et Ledru, *Actus pont. Cenom.* = *Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium* publiés par Gustave Busson et Ambroise Ledru. Au Mans, 1901, in-8° (= Archives historiques du Maine, II).

Bzovius, *Annales* = Abraham Bzovius, *Annalium ecclesiasticorum post Baronium continuatio* [an. 1198 - an. 1534]. Romae, 1616-1630, 8 tomi in fol.; Coloniae, 1621-30, 8 tomi in fol. Prodierunt tamquam tomi XIII-XIX *Annalium* Baronii.— Accessit postea tomus XX [an. 1535 - an. 1565], Coloniae, 1640 (al. 1641), in fol.

Caesarius Heisterbacensis, *Dialogus miraculorum.* Ed. [1] s. l. a. [cca. 1475] (Hain, 4230); [2] Colonie, 1481 (Hain, 4231); [3] ed. [Iac. Fischerus], *Illustrium miraculorum et historiarum memorabilium libri XII.* Coloniae, 1591 et iterum 1599; [4] *Illustrium miraculorum ... libri XII,* ed. Id., Antverpiae, 1605, in-8°; [5] apud Tissier, *Bibl. Patrum Cisterc.* II (1662), 1-358; [6] *Dialogus Miraculorum,* ed. Ios. Strange, Coloniae, 1850, 1851, 2 tomi in-8°.

Caietanus, *Vitae SS. Sicul.* = Octavius Caietanus, *Vitae sanctorum Siculorum.* Panormi, 1657, 2 tomi in fol.

Calmet, *Hist. de Lorraine* = Augustin Calmet, *Histoire ecclésiastique et civile de Lorraine.* Nancy, 1728, 3 tomi in fol. 2ª ed. Nancy, 1745-1757, 7 tomi in fol.

Calogera, *Raccolta d'opuscoli* = [Angiolo-Maria Calogerà], *Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici.* Venezia, 1728-1757, 51 tomi in-12°.

Calogera, *Nuova raccolta d'opuscoli* ... Venezia, 1755-1787, 42 tomi in-12°. (Inde a tomo XV Calogerae successit editor Fortunatus Mandelli).

Camuzat, *Promptuarium Tricass.* = Nicolaus Camuzat, *Promptuarium sacrarum antiquitatum Tricassinae dioecesis.* Augustae Trecarum, 1610, in-8°.

Campbell = M.-F.-A.-G. Campbell, *Annales de la typographie néerlandaise au XV^e siècle.* La Haye, 1878, in-8°.

Canisius, *Ant. lect.* = Henricus Canisius, *Antiquae lectionis tomus I* (*II, III,* etc. ...). Ingolstadii, 1601-1604, 6 tomi in-4°.

2ª ed. = Iacobus Basnage, *Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et histori-*

corum, sive Henrici Canisii lectiones antiquae. Antverpiae (Amstelaedami), 1725, 4 tomi in fol.

Capasso (B.), *Monum. Neapol.* = Bartholomaeus Capasso, *Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia.* Neapoli, 1881-1892, in-4°. Tomus I et tomi II partes 1 et 2.

Capgravius = *Nova Legenda Anglie.* Impressa Londonias, 1516, in-4°. — Quoniam id usu receptum est, Capgravii nomine hoc opus designavimus, quamvis Legendam non Iohannes Capgravius († 1464), sed Iohannes Tinemuthensis († cca. 1349) collegerit, neque a Capgravio conscriptae aut collectae sint vel Vitae illae aliquot, quae in editione anni 1516 operi Iohannis Tinemuthensis accesserunt.

2ª ed. = *Nova Legenda Anglie :* as collected by John of Tynemouth, John Capgrave, and others, and first printed with new Lives by Wynkyn de Worde a. d. mdxui. Now re-edited with fresh material from ms. and printed sources by Carl Horstman. Oxford, at the Clarendon Press, 1901, 2 tomi in-8°.

Narratiunculas, quas inter singulorum sanctorum Vitas inseruit Iohannes Tinemuthensis et quarum nonnullae in priorem, plures in alteram editionem receptae sunt, vix non omnes negleximus, utpote quae ex libris notissimis excerptae sint, ut puta ex *Vitis Patrum*, ex Bedae *Historia ecclesiastica*, ex Vincentio Bellovacensi, ex *Legenda aurea*, ex aliis huiusmodi.

Cappelletti, *Chiese* = Giuseppe Cappelletti, *Le Chiese d'Italia.* Venezia, 1844-1870, 21 tomi in-8°.

Catal. Brux. = *Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis*, ediderunt Hagiographi Bollandiani. Pars I. Codices latini membranei. Bruxellis, 1886, 1889, 2 tomi in-8° (Prodierunt tamquam appendix ad *Analecta Bollandiana*, tom. II-VIII).

Catal. Paris. = *Catalogus codicum hagiographicorum latinorum antiquiorum saeculo XVI qui asservantur in Bibliotheca Nationali Parisiensi.* Bruxellis, 1889-1893, 4 tomi in-8°.

Cauvin, *Géographie anc. du dioc. du Mans* = Th. Cauvin, *Géographie ancienne du diocèse du Mans* (Institut des provinces de France, *Mémoires*, 2ᵉ série, tome I). Paris, 1845, in-4°.

Chapeaville, *Gesta pontif.* = Ioannes Chapeaville, *Qui gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium scripserunt auctores praecipui.* Leodii, 1612-1616, 3 tomi in-4°.

Chassaing, *Chronique d'Étienne Médicis* = Augustin Chassaing, *Le livre de Podio ou Chroniques d'Étienne Médicis, bourgeois du Puy (1475-1565).* Le Puy, 1869-1874, 2 tom. in-4°.

Chevalier, *Repert. hymn.* = U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum.* Louvain, 1895 sqq. Prodiit tamquam appendix ad *Analecta Bollandiana*, t. VIII-XVI et t. XIX sq.

Chronica Parmensia a sec. XI = *Chronica Parmensia a sec. XI ad exitum sec. XIV*, ed. L. Barbieri. Parmae, 1858, in-4°. (Prodiit inter Monumenta historica ad provincias Parmensem et Placentinam pertinentia).

Cocquelines. Vid. *Bullarium...*

Colganus, *Act. SS. Hiberniae* = Ioannes Colganus, *Acta Sanctorum veteris et maioris Scotiae seu Hiberniae* ... Tomus I ... ianuarium, februarium et martium complectens. Lovanii, 1645, in fol.

Colganus, *Trias thaumat.* = Ioannes Colganus, *Triadis thaumaturgae seu divorum Patricii, Columbae et Brigidae ... Acta.* Lovanii, 1647, in fol.

Conciliorum collectiones. Multae sunt; duas vero praesertim excussimus : [1] Labbeus (Phil.) et Gabr. Cossartius, *Sacrosancta concilia.* Paris. 1671-1672, 16 tomi

in fol. [2] Mansi (Ioan. Domin.), *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*. Florentiae et Venetiis, 1759-1798, 31 tomi in fol.

Copinger = W. A. Copinger, *Supplement to Hain's Repertorium bibliographicum*. Part I (London, 1895). Part II, Vol. I (London, 1898). — Voluminis II, quod nondum prodiit, felici fortuna vidimus pagellas impressas 1-315, id est totum volumen, praeter " Indices „.

Cornelius (Flam.), *Eccl. Torcell. illustr.* = Flaminius Cornelius, *Ecclesiae Torcellanae antiquis monumentis ... illustratae*. Venetiis, 1749, 3 partes in-4°.

Cornelius (Flam.), *Eccl. Venet. illustr.* = Flaminius Cornelius, *Ecclesiae Venetae antiquis monumentis ... illustratae*. Venetiis, 1749, 15 tomi in-4°.

Corp. scr. eccl. lat. = *Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum*. Vindobonae, 1866-1900, 41 tomi in-8°.

Crombach, *S. Ursula vindicata* = Hermannus Crombach, *S. Ursula vindicata. Vita et martyrium S. Ursulae et sociarum* ... Coloniae, 1647, in fol.

D'Achery, *Spicilegium* = Lucas d'Achery, *Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum*. Parisiis, 1655-1677, 13 tomi in-4°. (Prodiit an. 1665, 1681, 1687 tomorum I-III altera editio priori prorsus similis).

Id. ed. de la Barre = *Spicilegium* ... olim editum opera ac studio D. Lucae d'Achery... Nova editio ... per Lud.-Franc.-Ios. de la Barre. Parisiis, 1723, 3 tomi in fol.

Daniel a Virgine Maria, *Speculum Carmelitanum*. Antverpiae, 1680, 2 tomi in fol.

Devic et Vaissete, *Hist. du Languedoc* = [Claude de Vic et Joseph Vaissete], *Histoire générale du Languedoc*. Paris, 1730-1745, 5 tomi in fol.

id. ed. Privat = Édition accompagnée de dissertations et notes nouvelles. Toulouse, Privat, 1872-1892, 15 tomi in-4°.

Dobner, *Mon. hist. Boemiae* = Gelasius Dobner, *Monumenta historica Boemiae nusquam antehac edita*. Pragae, 1764-85, 6 tomi in-4°.

Dondi dall' Orologio (Fr.), *Ist. eccl. di Padova* = Francesco marchese Dondi dall' Orologio, *Dissertazioni sopra l'istoria ecclesiastica di Padova*. Padova, 1802-1817, 9 tomi in-4°.

Douhet, *Dictionnaire des légendes* = Comte de Douhet, *Dictionnaire des légendes du christianisme*. Paris, 1855, in-4° (= Migne, *Troisième et dernière Encyclopédie théologique*, tome XIV).

Duchesne, *Hist. Franc. scr.* = Andreas et Franciscus Duchesne, *Historiae Francorum scriptores coaetanei* ... Parisiis, 1636-1649, 5 tomi in fol.

Duchesne, *Hist. Norm. scr.* = Andreas Duchesnius, *Historiae Normannorum scriptores antiqui*. Parisiis, 1619, in fol.

Duchesne. Vid. *Lib. pont.* [7].

Dugdale, *Monasticon anglic.* = Rogerus Dodsworth et Gulielmus Dugdale, *Monasticon Anglicanum sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum* etc.... Londini, 1655-1673, 3 tomi in fol.

2ª ed. = William Dugdale, *Monasticon Anglicanum : a History of the abbies and other monasteries* etc. A New edition by John Caley, Henry Ellis and the Rev. Bulkeley Bandinel. London, 1817-1830, 6 Volumes (8 tomi) in fol.

Duru, *Bibl. hist. de l'Yonne* = L.-M. Duru, *Bibliothèque historique de l'Yonne, ou Collection de légendes, chroniques et documents divers* ... Auxerre, 1850, 1863, 2 tomi in-4°.

Eccard, *Corpus hist. med. aevi* = Io. Georgius Eccardus, *Corpus historicum medii aevi*. Lipsiae, 1723, 2 tomi in fol.

ENDLICHER, *Rer. Hungar. monum. Arpadiana* = St.-Lad. ENDLICHER, *Rerum Hungaricarum monumenta Arpadiana*. Sangalli, 1849, in-8°.

Ennodii opera. Ediderunt [1] Iohannes Iacobus GRYNAEUS, *Monumenta s. patrum orthodoxographa* (Basileae, 1569), II. 269-480; [2] Andreas SCHOTTUS. Tornaci, 1611, in-8°; [3] Iacobus SIRMONDUS. Parisiis, 1611, in-8°; inde transierunt in *Iacobi Sirmondi ... opera varia*. I (Paris. 1696), 1365-1914; *id.* I (Venetiis, 1728), 801-1146; [4] *Bibl. patr. Colon.* (1618), VI, 1. 192-307; [5] MOREL, *Suppl. bibl. patr.* I. 225-352; [6] *Bibl. patr. Paris.* (1644, et iterum 1654), XV. 225-352; [7] *Bibl. patr. Lugd.* (1677), IX. 312-436; [8] GALLANDIUS, XI. 47-218; [9] *P.L.* LXIII. 13-364: [10] G. HARTEL, in *Corp. scr. eccl. lat.* VI; [11] Fr. VOGEL, in *MG.* Auct. ant. VII.

EULOGIUS, *Mem. SS.* = EULOGII archiepiscopi Toletani *Memorialis sanctorum libri tres*. Ed. inter Eulogii opera: [1] *Divi Eulogii ... opera*, ed. Ambrosius MORALES (Compluti, 1574), f. 13ᵛ-72ᵛ; [2] *Bibl. patr. Paris.* (1589), IX. 771-866; [3] Fr. SCHOTT, in *Hispan. illustr.* IV. 237-303; [4] *Bibl. patr. Paris.* (1610), VIII. 339-42; [5] *Bibl. patr. Colon.* (1618), IX, 1. 646-80; [6] *Bibl. patr. Paris.* (1624, et iterum 1644, et iterum 1654), IX. 203-87; [7] *Bibl. patr. Lugd.* (1677), XV. 243-83; [8] Fr. DE LORENZANA, *SS. Patrum Toletanorum ... opera*, II. 419-508; [9] *P.L.* CXV. 731-818. — Pleraque capitula singillatim in suo *Martyrologio hispano* exscripsit TAMAYO.

EUSEBIUS *Hist. eccl.* interprete Rufino = *Ecclesiasticae historiae* Eusebii Pamphili libri novem, Rufino Aquileiensi interprete. Quos sequuntur libri duo (al. liber X et liber XI) *Historiae ecclesiasticae* auctore ipso Rufino. — Ed. saepe inde a saeculo XV (cf. HAIN, 6708-6715; COPINGER, II, n° 2355-2358), ac tandem a Petro Thoma CACCIARI, Romae, 1740, 1741, 2 tomi in-4°. — Rufini libri duo (al. X et XI) soli exstant inter *Tyrannii Rufini Aquileiensis opera*, ed. D. VALLARSIUS (Veronae, 1745), 213-306; inde *P.L.* XXI. 463-540.

Exordium magnum Ordinis Cisterciensis. Ed. [1] Ignatius DE YBERO. Pampelunae, 1621, fol.; [2] TISSIER, *Bibl. Patrum Cisterc.* I. 13-246; [3] *P.L.* CLXXXV. 995-1198.

FABER STAPULENSIS, *Agones mm.* = *Agones martyrum mensis ianuarii libro primo contenti* [ed. Iacobus FABER STAPULENSIS], s. l. a. [Parisiis, cca. 1519], in fol.

FABRICIUS, *Cod. apocr. Novi Test.* = Iohannes Albertus FABRICIUS, *Codex apocryphus Novi Testamenti*. Hamburgi, 1719, 1743, in-12, 3 partes in tomis 2.

FAILLON, *Monuments inédits* = [L'abbé FAILLON], *Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine en Provence* etc. Paris, 1848, 2 tomi in-4°.

FARLATI, *Illyr. sacr.* = Daniel FARLATUS et Iacobus COLETUS, *Illyricum sacrum*. Venetiis, 1751-1819, 8 tomi in fol.

2. Relatio reliquiarum saec. XIII in. *Inc.* Anno supra millesimum CCX relatae sunt reliquiae b. Brioci ad ecclesiam suam — *Des.* ubi fuerat vivus conversatus. Quo loco... Sospitas ibidem... [1464

Brev. Briocense an. 1532; || Gaultier du Mottay, l. c. 297-300; || Plaine, t. c. 189-90.

Brithunus seu Bercthun (Berethunus) ab. Beverlacensis, † 733. — Mai 15.

Vitae epitome. *Inc.* Ven. Christi confessor Brithunus ex progenie Anglorum — *Des.* duobus feretris divisae reconduntur. [1465

Capgravius, f. 50v; || *Act. SS.* Mai III. 503, n. 2; 3a ed. 501, n. 2.

Brocardus prior generalis Ord. Carmel., † cca 1221. — Sept. 2.

1. Vita ex oratione Thomae Bradley ep. Dromorensis. *Inc.* S. Brocardus fuit prior generalis et summus in ordine — *Des.* Illud tamen consolationi eis fuit, quod ad sepulcrum... [1466

Daniel a Virgine Maria, *Speculum Carmelitanum*, II. 662-64. — Inde compilata est Vita ed. *Act. SS.* Sept. I. 578-80, quae antiqua non videtur.

2. Epitome.

Io. Grossi, *Viridarium Carmel.* II. 10.

Bruno fundator Ord. Carthusianorum, † 1101. — Oct. 6.

1. Vita (ex Chronico). *Inc.* Anno dñicae inc. 1082 vel circa illum, dum sollemne triduum — *Des.* optatae confert remedia sanitatis. [1467

Act. SS. Oct. III. 703-6; || *P.L.* CLII. 481-92.

2. Epitome.

Labbe, *Bibl. mss.* I. 638-39; || *Act. SS.* t. c. 492, n. 7; || Tromby, *Storia del patriarca S. Brunone e del suo ordine*, II (1775), append. II. 100.

Bruno ep. Coloniensis, † 965. — Oct. 11.

1. Vita auct. Ruotgero. *Inc. prol.* Dño... Folcmaro... Imposuit sanctitatis vestrae reverentia — *Inc.* Sapientiae nimirum est scire unde sit donum — *Des.* Vitae concessit, spes comes alma fuit. [1468

Surius, V (1574), 701-22; (1580), 785-806; X (1816), 163-75; III (1875), 664-687; || Leibnitius, *Scr. rer. Brunsv.* I. 273-90; || *Act. SS.* Oct. V. 765-790; || Pertz, *MG.* Scr. IV. 254-75; || Id. *Ruotgeri Vita B-is*, inter Scr. rer. Germ. in us. schol. (1841), 3-52; || *P.L.* CXXXIV. 941-78. — **Var. lect.** Simson (B.), in *Archiv für die Geschichte des Niederrheins*, VII (1870), 167-172. — Wattenbach (W.), in *Neues Archiv*, VIII. 191, 1.

Exc. Schannat (I. F.), *Hist. Fuldensis* (1729), probat. 147-48. — Hontheim, *Prodr. hist. Trev.* I. 653-54. — Bouquet, IX. 124; X. 360.

2. Vita. *Inc.* Heinrico I et piissimo rege de medio facto — *Des.* cicatrices adiacentium digitorum probant manifeste. — *Sequitur carmen, quod inc.* Bruno pacificus aeterni regis amicus... [1469

Pertz, *MG.* t. c. 275-79; || *P.L.* t. c. 977-88. — **Var. lect.** Simson, l. c. 163-65.

Exc. Gelenius (Aeg.), *Preciosa hierotheca... Coloniensis* (1634), 59-60; || *Act. SS.* t. c. 724, n. 105-7. — Vogel (A.), *Ratherius von Verona*, I (Iena, 1854), 212, not.

Bruno ep. Herbipolensis. *Vid.* **Bruno** ep. Wirziburgensis.

Bruno-Bonifatius Querfurtensis, ep. m. in Prussia, † 1009. — Febr. 14, Iun. 19 et Oct. 5.

1. Narratio auct. Thietmaro ep. Merseburgensi. *Inc.* Fuit quidam

Brun nomine, contemporalis et conscholaris meus — *Des.* et XIV kal. nov. in pace quievit. [1470

* *Thietmari Chronicon*, VI. 58, al. VII. 34, 35 (ed. LAPPENBERG, in *MG.* Scr. III. 833-34; || ed. Fr. KURZE, inter *Script. rer. Germ. in us. schol.* 1889, 188-89); || *Act. SS.* Febr. II. 798; 3ª ed. 798-99; || *ibid.* Iun. VI. 217, n. 3-5; 3ª ed. IV. append. 35*-36*, n. 3-5; || MABILLON, *Acta*, VI, 1. 80-81, n. 6-8; 2ª ed. 72-73, n. 6-8.

2. NARRATIO EX VITA ROMUALDI AUCTORE PETRO DAMIANO.

* *Vita Romualdi*, c. 26, 27 (vid. **Romualdus**); || *Act. SS.* Iun. III. 909-910; 3ª ed. IV. 759-60; || ibid. Iun. VI. 223-24, n. 2-8; 3ª ed. IV. append. 40*-41*, n. 2-8.

3. PASSIO AUCT. PSEUDO-WIPERTO. *Inc.* Cognoscat Deo dilectus populus universus quod ego W. — *Des.* vestrorum peccatorum aeternum remedium. [1471

PERTZ, *MG.* Scr. IV. 579-80; || BIELOWSKI (A.), *Mon. Pol. hist.* I. 229-30; || KOLBERG (A.), *Der hl. B. von Querfurt*, in ZEITSCHRIFT FÜR DIE GESCHICHTE UND ALTERTHUMSKUNDE ERMLANDS, VIII (1884), 105-6.

4. EPITOME.

PETRUS DE NAT. V. 88 (Bonifatius ep. Bosnensis).

5. LEGENDA. *Inc.* Beatus vir, sanctus ac gloriosus papa Leo — *Des.* ubi Dñus multa miracula operatur... usque in hodiernum diem. [1472

Brev. Halberstadense an. 1515, Propr. SS. CXCIII; || KOLBERG, l. c. 106-8.

Bruno ep. Signiensis, † 1123. — Iul. 18.

1. VITA AUCT. PETRO DIAC. *Inc.* Bb. Bruno ab. huius monasterii XL... Hic Liguria provincia ortus ex illustri Astensium — *Des.* Sepultus est vero in civitate Signina, in ecclesia S. Mariae... [1473

* *Chronica monasterii Casinensis*, lib. IV, passim in c. 31-42 (ed. WATTENBACH, in *MG.* Scr. VII. 776-83; || *P.L.* CLXXIII. 855-70); || *Brunonis Astensis opera*, ed. M. MARCHESIUS (Venetiis, 1651), I. sign. c-c.2ᵛ; || *Bibl. patr. Lugd.* XX. 1301-3; || *Act. SS.* Iul. IV. 485-88; || *Brunonis Astensis opera*, ed. Br. BRUNI, I (Romae, 1789), LXI-IV; || *P.L.* CLXIV. 89-96.

2. VITA. *Inc. prol.* B. Brunonis Signinae sedis... episcopi vitam — *Inc.* In paradiso Dei multiplices ac diversae iugiter arbores — *Des.* sui vero episcopatus XLIV. Corpus autem eius... [1474

Brunonis opera, ed. MARCHESIUS (1651), I, sign. c.3-c.6; || *Bibl. patr. Lugd.* t. c. 1303-8; || *Act. SS.* t. c. 478-84.

Bruno ep. Tullensis. *Vid.* **Leo IX papa.**

Bruno ep. Wirziburgensis, † 1045. — Mai 17.

1. MIRACULA AN. 1202 et 1203. *Inc.* Anno inc. Dñi 1202, XVI kal.

iul... Primum est quod cum quaedam mulier paupercula — *Des.* et puer eiusdem calculosus a calculo liberatus fuit. [1475

Ed. Herbipoli, 1616 [non vidimus]; || *Act. SS.* Mai IV. 40-41; || *P.L.* CXLII. 35-36.

2. Miracula alia saec. XIII. *Inc.* Mechtildis, quae moratur ultra Moguntiam, iurata dixit — *Des.* Requisitus de tempore, dixit quod... circa brevem nonam. [1476

Gropp (Ign.), *Collectio novissima scriptorum et rerum Wirceburgensium*, II (1744), 117-19; || *P.L.* t. c. 37-40.

Brynolfus ep. Scarensis, † 1317. — Febr. 6.

Vita cum processu canonizationis. *Inc.* Sacrosanctae et generali Constantiensi sinodo — *Des.* caterva iugiter extollenda. Datum...[1477

Vita b. B-i... una cum miraculis et attestationibus pro eius canonizatione factis, s. l. a. [Lubecae, cca 1498], f. 1-67ᵛ; || idem libellus photolithographice rursum editus est a G. E. Klemming, Holmiae, 1870; || Annerstedt, in *Scr. rer. Suec.* III, 2. 138-85.

Exc. Mansi (I. D.), *Sacrorum conciliorum nova... collectio*, XXVII (1874) 871-73.

Budocus ep. Dolensis, saec. VII in. — Nov. 29.

Vita. *Inc.* Fuit apud Leoniam Britonum rex loci de Brest... filiam habens nomine Azenorem — *Des.* Quo in loco peierantes aut deierantes ante diem et annum meritas persolvunt poenas... [1478

Brev. Corisopitense, litt. goth., sign. aa.iij-iiij.

Bugga. *Vid.* **Edburga.**

Burchardus Herbipolensis. *Vid.* **Burch.** Wirziburgensis.

Burchardus III ep. Magdeburgensis, † 1325.

1. Epistula Iohannis XXII papae de caede Burchardi (8 aug. 1326). *Inc.* Rumor horribilis amaritudine plenus... [1479

Schmidt (G.), in *Geschichtsquellen der Provinz Sachsen*, XXI (1886), 180-84.

2. Miracula. I. *Inc.* Anno Dñi 1327 in die omnium sanctorum Halberstad in curia dñi Heysekonis Arietis... dixit dñus de Barboye — *Des.* ad mensam servientibus fide dignis. [1480

II. *Inc.* Anno Dñi 1328 in vigilia Petri et Pauli apost. dixit Conradus dictus Kaghe — *Des.* et modum revelantibus manifeste. [1481

Schum (W.), in *Neues Archiv*, XII. 588-90.

Burchardus comes Vindocinensis, † 1007.

Vita auct. Odone mon. Fossatensi. *Inc. prol.* Religiosorum gesta

vita virorum Deo fideliter placentium — *Inc.* Inclitus comes Burchardus nobili stirpe — *Des.* Gratias tamen et in prosperis... [1482

Du Breul (Iac.), *Supplementum antiquitatum urbis Parisiacae* (1614), 147-66; || Duchesne, *Hist. Franc. scr.* IV. 115-24; || Bouquet, X. 349-60; || *P.L.* CXLIII. 847-62; || La Roncière (Ch. Bourel de), *Vie de Bouchard le Vénérable... par Eudes de S^t^-Maur* (Paris, 1892), 1-32.

Exc. Marrier et Duchesne, *Bibl. Clun.* 298-302.

Burchardus ep. Wirziburgensis, † 754. — Oct. 14.

1. Vita. *Inc. prol.* Terrenarum motus curarum si divino adiutorio — *Inc.* Ven. Burchardus Anglorum genere nobilis — *Des.* Post haec extremi muneris benedictione prolata... [1483

Canisius, *Ant. lect.* IV, 2. 651-57; *id.* ed. Basnage, III, 1. 5-7; || Mabillon, *Acta*, III, 1. 700-703; 2^a^ ed. 646-49; || *Act. SS.* Oct. VI. 573-75; || Holder-Egger, in *MG.* Scr. XV. 47-50.

2. Vita et translatio auct. E. (Eggihtdio? Egilwardo?), libris 3.— *Inc. epist.* Digne venerando... abbati P... Indicio matris virtutum — *Inc. carmen.* Burchardus praesul — *Inc. prol. lib. I.* Salvatoris mundi gratia — *Inc. lib. I.* Sicut diversa diversorum patrum testantur scripta — *Des. lib. III.* huc rogamus annotare. Sic nimirum, sic in memoria aeterna... [1484

Surius, V (1574), 741-58; (1580), 827-45; X (1618), 213-23; X (1879), 388-412 (omissis epist., carmine et lib. II, c. 9); || Mabillon, *Acta*, t. c. 703-18; 2^a^ ed. 649-62 (omissis epist., carmine et libro I); || *Act. SS.* t. c. 575-93 (omisso carmine); || Holder-Egger, t. c. 50-62 (nonnullis omissis ex lib. I et II; verum legitur in lib. II, c. 4 locus qui in ceteris edit. deest).

Exc. Serarius, *Rer. Mogunt.* 536, 541-48, 589; *id.* ed. Ioannis, I. 334, 336-339, 364. — Bouquet, III. 670-71.

3. Vita metrica auct. Iohanne de Luterbech. *Inc.* Magni Gregorii virtute pia — *Des.* Salvos per latriam ducat feliciter. Amen. [1485

Gropp (Ign.), *Collectio novissima scriptorum et rerum Wirceburgensium*, I (1741), 800-808.

Burchardus ep. Wormatiensis, † 1025. — Aug. 20.

Vita. *Inc. prol.* Vitam actusque felices b. patris et carissimi senioris mei — *Inc.* Erat igitur Burchardus in provincia Hassia genitus, parentibus secundum saeculi — *Des.* sempiternum habeat sacerdotium, praestante Dño N. I. C... [1486

D. Burchardi Wormaciensis eccl. episc. decretorum libri XX (Colon. 1548), sign. α-β3; || Waitz (G.), in *MG.* Scr. IV. 830-46; || *P.L.* CXL. 507-36; || Boos (H.), *Monumenta Wormatiensia*, III (1893), 99-126.

Burgundofara seu **Fara** abb. Eboriacensis, † saec. VII med. — Dec. 7 et April. 3.

1. Vita seu Liber de virtutibus in Eboriacensi monasterio factis.

a. *Inc.* Meminisse velim lectorem... Cum iam duce Christo multarum puellarum — *Des.* α) sed Creatori debere creaturam obedire. [1487
vel β (*uno capitulo addito*) febris correptione vitam finivit. [1488

Mabillon, *Acta*, II. 439-48, n. 1-20; 2ª ed. 421-29, n. 1-20 (des. α); || *P.L.* LXXXVII. 1070-82, n. 1-20 (des. α).

Var. lect. (et des. β) *Catal. Brux.* I. 49, 125°; cf. II. 214, 4°.

b. *Inc.* B. Burgundofara monasterium quod Evoriacas appellatur, cui ipsa — *Des.* III non. apr. diem clausit extremum, coetibus aggregata virginum, quae sequuntur agnum quocumque ierit... [1489

Bedae opera (Basileae, 1563), III. 356-67; *id.* (Colon. 1612 et 1688), III. 258-65; || Surius, IV (1618), 45-48.

Exc. Mabillon, t. c. 448-49, n. 21, 22; 2ª ed. 429-30, n. 21, 22; || *P.L.* t. c. 1082-64, n. 21, 22.

2. Vita. *Inc. prol.* Virtute Dei summisque laudibus — *Inc.* Multiplex et uberior dictu gratia Dei Columbanum — *Des.* VII id. dec. subsecuta est eas ad gloriam, quae praecesserant ad coronam. [1490

De qua *Catal. Paris.* II. 481, 8°.

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. XXIV. 15, 16. — Petrus de Nat. I. 39.

4. Miracula. *Vid.* **Agnes** v. m. Romae, 11.

Cadocus seu Sophia ep. Beneventanus m., saec. VI. — Ian. 24.

1. Vita. *Inc. praefatio.* Quondam in quibusdam finibus Britannicae regionis — *Inc. prol.* Post multum vero temporis intervallum praefatus rex Gundleius — *Inc.* Igitur peractis his omnibus Gundleius rex — *Des.* operae pretium duximus calamum divino nutu vertere. [1491

Rees, *Cambro British SS.* 22-70.

2. Passio. *Inc.* Apparuit angelus Dñi b. Cadoco nocte dñica palmarum — *Des.* testes Cinmur, Etelic, Luiper, Seru, Poul. [1492

Rees, t. c. 70-96.

3. Vita. *Inc.* S. Cadocus b. Gundlei filius cum in utero matris suae Gladusae — *Des.* Distat enim ille locus... et est ibi ecclesia parochialis in plano sita. [1493

Capgravius, f. 52ᵛ-54ᵛ; || *Act. SS.* Ian. II. 603-6; 3ª ed. III. 218-20.

Caddroe ab. Walciodorensis et Mettensis, † cca 975. — Mart. 6.

Vita (auct. Reimanno? Ousmanno?). *Inc. prol.* Ven... Immoni... Cum me tibi, pater, oboedire sponderem — *Inc.* Pietas omnipotentis

Dei, sciens humanam naturam — *Des.* sepultus in b. Felicis ecclesia vivit cum Christo in aeterna saecula. Amen. [1494

Colganus, *Act. SS. Hiberniae*, 494-501; || *Act. SS.* Mart. I. 474-81; 3ª ed. 473-80 (rescissis nonnullis capitulis sub initio); || Mabillon, *Acta*, V. 489-501; 2ª ed. 483-94 (rescissis iisdem).

Exc. Pertz, *MG.* Scr. IV. 483-84. — Skene, *Chronicles of the Picts*, 106-116. — Heinemann (L. de), in *MG.* Scr. XV. 689-92.

Caecilia v. m. Romae. — Nov. 22.

1. Passio (Caeciliae, Valeriani, Tiburtii et Maximi). **a.** (recensio longior). *Inc. prol.* Humanas laudes et mortalium infulas — *Inc.* Huius vocem audiens Caecilia virgo clarissima absconditum semper evangelium Christi gerebat in pectore — *Des.* Domum autem eius in aeternum s. ecclesiae nomini tradidit; in qua Dñi beneficia exuberant ad memoriam b. Caeciliae usque in hodiernam diem, per eum... [1495

Mombritius, I. 188-93; || Bosius (A.), *Historia passionis b. C-ae* (Romae, 1600), 1-26; || Laderchius (I.), *S. C-ae v. et m. Acta et transtiberina basilica* (Romae, 1722), I. 1-39 et iterum II (1723), 181-216.

Exc. *Vid.* **Valerianus**.

In quibusdam codicibus (et in ed. Bosii ac Laderchii, non autem Mombritii) nonnullis sententiis interpolatis auctum est initium colloquii Almachii praesidis cum Caecilia. Cf. I. B. de Rossi, *Roma sotterranea*, II, xxxv-vi; Arnold, l. c. infra.

b. (recensio brevior). *Inc.* S. Caecilia v. castissima absconditum semper evangelium Christi tenebat in pectore suo — *Des.* Domum autem eius in aeternum s. ecclesiae tradidit; in qua beneficia Dei exuberant usque in hodiernum diem, et benedicitur ibi Christus... [1496

De qua Arnold (C. Fr.), *Caesarius von Arelate* (1894), 459-60.

2. Carmen auct. Aldhelmo. *Inc.* Porro Caeciliae vivacem condere laudem — *Des.* Martyres effecti carnis tormenta luentes. [1497

* Aldhelmus, *De laude virg.* 31 (*P.L.* LXXXIX. 268); || Laderchius, op. c. I. 188-89.

3. Carmen auct. Flodoardo. *Inc.* Urbanus validi robusta iura Calisti — *Des.* Martyrio claros, capit inclita praemia consors. [1498

* Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, iv. 10 (*P.L.* CXXXV. 661-64).

4. Epitomae.

Ado, 22 nov. — Vinc. Bellov. xii. 22, 23. — *Leg. aurea*, c. 169 (164). — Petrus de Nat. x. 96. — Iac. Philippus Bergomensis, c. 82.

5. Translatio (litterae spuriae Paschalis I papae). **a.** *Inc.* Cum summae apostolicae dignitatis apex... Ad hoc debita nos — *Des.* (*mutila*) paupertatis inopia laborare monstratur | [1499

Bosius, t. c. 42-45, qui finem supplevit ex *Libro pontificali*, ex quo hae litterae maximam partem exscriptae sunt (*Lib. pont.* in Paschali I, § 15-21, ed. Duchesne, II. 56-58).

b. *Inc.* Cum summae apostolicae dignitatis apex... Ad hoc et iniuncta nobis — *Des.* paupertatis inopia laborabat, iussimus resarciri. [1500

BARONIUS, *Annales*, ad an. 821, n. IV-VI (omissa ultima parte); || HARDOUIN, *Acta conciliorum*, IV (1715), 1224-26 (item); || MANSI, *Sacrorum conciliorum nova collectio*, XIV (1769), 373-74; || *P.L.* CII. 1085-88. — Lectiones proprias huius recensionis **b** tradit BOSIUS l. c. in marginibus.

Caedmon seu **Cedmon** mon. Streanaeshalc., post med. saec. VII. — Febr. 11.

VITA AUCT. BEDA. *Inc.* In huius monasterio abbatissae (S. Hildae) fuit frater quidam divina gratia — *Des.* qui etiam praescius sui obitus exstitisse ex his, quae narravimus, videtur. [1501

* BEDA, *Hist. eccl.* IV. 22 (24); || *Act. SS.* Febr. II. 552-53.

Caelestinus I papa, † 432. — April. 6.

* *Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 230; || ed. MOMMSEN, 94-95). — PETRUS DE NAT. V. 18.

Caelestinus V papa. *Vid.* **Petrus de Murrone.**

Caesaraugustani (Martyres innumerabiles, alias XVIII) seu **Massa Sancta** (al. **Massa Candida**), sub Diocletiano. — April. 16, Nov. 2.

1. CARMEN AUCT. PRUDENTIO (DE XVIII MARTYRIBUS). *Inc.* Bis novem noster populus sub uno — *Des.* Mox resurgentes animas et artus tota sequeris. [1502

* PRUDENTIUS, *Peristephanon* IV (*P.L.* LX. 357-77); || LIPOMANUS, II, f. 159-61; || SURIUS, II (1571).. 650-54; (1578), 754-57; IV (1618), 178-79; IV (1875), 328-32; || TAMAYO, *Mart. hisp.* II. 648-52; || *Act. SS.* April. II. 407-9; 3ª ed. 404-5; || RUINART (1689), 516-20; (1713), 468-71; (1731), 411-14; (1803), III. 103-110; (1859), 494-97; || LA FUENTE (Vic. de), *Hist. eccl. de España*, 2ª ed. I (1873), 340-44.

2. PASSIO. **a.** *Inc. prol.* Priscorum mundialium gesta virorum, quorum obstinatio — *Inc.* Temporibus Diocletiani et Maximiani imp. in mundi ambitu sacrilega iussa — *Des.* α) Gaudeamus et nos in tantorum mm. veneratione, qui ... Sancta Massa nuncupati sunt... [1503

vel β) nunc autem nominatur Ad Sanctas Massas. In eadem basilica... [1504

Act. SS. Nov. I. 643-48, col. 1 (des. α); cf. ibid. 647-48, not. [1] ad c. 9 (des. β).

b. *Inc. prol. ut in* a. — *Inc.* Temp. Diocl. et Max. imp per totum

mundi ambitum sacrilegarum institutionum iussa — *Des.* sortiri mereamur refrigeria sempiterna, concedente ipso Dño N. I. C... [1505

Act. SS. April. II. 960-62; 3ª ed. 956-57; || Florez, XXX. 305-11; || ***P.L.*** LXXX. 715-20; || *Act. SS.* Nov. I. 643-49, col. 2.

c. *Inc. prol.* Priscorum mundialium gesta, quorum obstinatio — *Inc.* Temp. Diocl. et Max. imp. sacrilega iussa per mundi ambitum — *Des. ut* a. [1506

Act. SS. April. II. 409-10; 3ª ed. 406-7.

d. *Inc.* Temp. Diocl. et Max. imp. adveniens Dacianus praeses — *Des.* pretiosorum mm. sanguine decoratae. [1507

Dubarat (V.), *Ste Engrace*, in Études hist. et religieuses du diocèse de Bayonne, I (1892), 194-95.

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. xiii. 130; || Mombritius, I. 150. — Petrus de Nat. x. 17.

Caesarius ep. Arelatensis, † 542. — Aug. 27.

1. Vita. Liber **I** auct. Cypriano, Firmino et Viventio episcopis. *Inc. prol.* Quia, rev. nobis v. Caesaria, cum choro sodalium — *Inc.* S. ac bb. Caesarius Arelatensis ep. Cabillonensis territorii fertur indigena — *Des.* vestram quoque collationem iungatis. [1508

Mabillon, *Acta*, I. 659-69; 2ª ed. 637-46; || *Act. SS.* Aug. VI. 64-75; || ***P.L.*** LXVII. 1001-24; || Krusch (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. III. 457-83. — (**Mut**) Surius, IV (1573), 923-32 (desunt ultima cap.); IV (1579), 943-52 (item); VIII (1618), 284-90 (ultima cap. ex Barrali desumpta sunt); VIII (1877), 653-88 (desunt ultima cap.); || Barralis, *Chronologia Lerinensis*, I. 229-48 (ultima cap. ex ms.).

Exc. Bouquet, III. 384-85.

Liber **II** auct. Messiano presb. et Stephano diac. *Inc.* Messianus presb. et Stephanus diac. dixerunt : De s. beatissimique patris et sacerdotis — *Des.* Sepultus itaque in basilica S. Mariae, quam ipse condidit... [1509

Barralis, t. c. 248-59; || Surius, VIII (1618), 290-95; || Mabillon, t. c. 669-677; 2ª ed. 647-56; || *Act. SS.* t. c. 75-83; || ***P.L.*** t. c. 1025-42; || Krusch, t. c. 483-501.

Exc. (duae sententiae) Surius, IV (1573), 932; (1579), 952; VIII (1877), 668.

2. Epistula Pseudo-Messiani de quodam miraculo. *Inc.* Dño meo Viventio... Lectis, carissime, dilectionis tuae litteris — *Des.* Ora pro me, pater carissime, ad Dñum. [1510

Mabillon, *Annales*, I. 683; 2ª ed. 629; || *Act. SS.* t. c. 60-61, n. 52-54.

Caesarius diac. et Iulianus presb. mm. Terracinae, sub Traiano. — Nov. 1.

1. Passio. *Inc.* Tempore quo Claudius matrem suam necavit

gladio — *Des.* et sepelivit iuxta corpus s. Caesarii diac. et m. sub die non. nov. Ubi per orationes eorum beneficia praestantur... [1511

Mombritius, I. 195-97; || *Act. SS.* Nov. I. 106-17. — (**Mut.**) Surius, VI (1575), 12-14; (1581), 12-14; XI (1618), 3-4; XI (1880), 21-25.

2. Passio. *Inc.* Veniens Caesarius diac. ex Africa in civitate quae vocatur Terracina — *Des.* adiunctaque corporibus sepelivit iuxta s. Caesarium. [1512

Act. SS. t. c. 118-20, col. 1.

3. Passio. *Inc.* Caesarius diac. veniens ex Africa in Campaniam ad civitatem — *Des.* Quod ipse Luxurius antequam exspiravit clamabat. Passi sunt autem... [1513

Act. SS. t. c. 118-20, col. 2.

4. Passio. *Inc.* Quintus a Caesare Octaviano augusto Claudius Nero — *Des.* humavitque corpora iuncta capitibus iuxta corpus levitae C-ii die non. nov. Fiunt autem virtutes multae in loco... [1514

Bibl. Casin. III. Floril. 150-57; || *Act. SS.* t. c. 120-26.

5. Epitomae. **a.** *Inc.* S. itaque Caesarium diaconem Luxurius tradidit consulari Leontio — *Des.* Qui m. sepultus est iuxta Terracinam; in quo loco merita eius... [1515

Act. SS. t. c. 118.

b. *Inc.* Tempore Claudii Neronis s. Caesarius diac. ex Africa in civitate Campaniae — *Des.* et sepelivit nocte iuxta Terracinensem civitatem sub die kal. nov. in pace. [1516

Act. SS. t. c. 130.

6. Epitomae.

Ado, 1 et 5 nov. — Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, v. 10 (*P.L.* CXXXV. 689-92). — Vinc. Bellov. xii. 101, 102. — Petrus de Nat. x. 2. — Hilarion Mediolanensis, f. 103ᵛ-4.

7. Miraculum (sanatio Gallae Placidiae) et translatio Romam. **a.** *Inc.* Regnante Dei cultore Valentiniano augusto, eo tempore quo romanae ecclesiae Damasus — *Des.* ab augustis illata sunt. Qui locus usque hodie multa miracula praestat... [1517

Act. SS. t. c. 126-29.

b. *Inc.* Regnante Valentiniano augusto, Damasus romani cathedram pontificii — *Des.* rogatione augustorum exstitit dedicator. Fiunt autem virtutes multae... [1518

Bibl. Casin. l. c. 157-58; || *Act. SS.* t. c. 127-29 in infimis paginis.

c. *Vid.* in Vitis **Damasi** papae.

Caesidius et soc. mm. Transaquis, Aug. 31. *Vid.* **Rufinus** ep. Marsorum.

Caimgenus. *Vid.* **Coemgenus.**

Cainechus (al. **Cannechus, Cannicus**), ab. Achadboensis, † 598. — Oct. 11.

1. Vita. **a.** *Inc.* S. Kannechus de genere Corcodalann ab aquilonali parte — *Des.* Et accipiens eucharistiam de manu eius migravit ad Dñum, cui... [1519

Vita s. Kannechi (s. l. [Londini?], 1853), 1-34; || *Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmant.* 361-92.

Exc. Colganus, *Trias thaumat.* 210, n. iv; 459, n. xxi-iii. — Fleming, *Collectanea,* 314.

b. *Inc.* Cainnicus s. abbas de gente Connath dhuinne gemhyn, quae est aquilonalis pars — *Des.* et accipiens eucharistiam de manu illius s. Cainechus in monasterio Achadhbho v id. oct. feliciter migravit ad Dñm I. C., cui... [1520

S. Cainnici ab. Achadhbhoensis... Vita (Dublin, 1851), 1-15.

2. Vita. *Inc.* Caynicus, qui de Hibernia genus acceperat — *Des.* angelico in praesens associatus choro. [1521

Brev. Aberdonense, pars aest., Propr. SS. f. 125-26; || *Act. SS.* Oct. V. 642-43, n. 2, 3.

Caius. *Vid.* **Gaius.**

Calepodius m. Romae. — Mai 10.

Ado, 10 mai. — Petrus de Nat. iv. 150. — Et vid. **Callistus** papa.

Calimerus ep. Mediolanensis m., saec. II. — Iul. 31.

Vita. *Inc.* Translato ad caelestem curiam viro praeclarissimo Castritiano — *Des.* Fuit autem temporibus Adriani, Antonini... anno et medio. [1522

Muratori, *Rer. ital. scr.* I, 2. 213-15; || *Act. SS.* Iul. VII. 173-74; 3ª ed. 184-85; || Biragus, *Datiana historia,* 46-55.

Callistus papa, Calepodius presb. et soc. mm. Romae, † 222. — Oct. 14.

1. Passio. *Inc.* Temporibus Macrini et Alexandri divino incendio concremata est — *Des.* per pontem praecipitari. Cuius sanctum corpus inventum est in Ostia... [1523

Mombritius, I. 150ᵛ-52ᵛ; || *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 353ᵇ-54ᶜ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 163-65; || Surius, VII (1581), 780-82; V (1580), 822-24; X (1618), 210-11; X (1879), 383-88; || *Act. SS.* Oct. VI. 439-41; || Morrettus (P.), *De s. Callisto pp. et m. eiusque basilica S. Mariae trans Tyberim* (Romae, 1752), 181-85; || *P.G.* X. 113-20.

Exc. (de S. Calepodio) *Act. SS.* Mai II. 500-1; 3ª ed. 499-500.

2. Carmen auct. Flodoardo. *Inc.* Erigitur Petri post hunc in sede Calixtus — *Des.* Excipit attollens huius tamen Ostia membra. [1524

Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, iv. 8 (*P.L.* CXXXV. 655-60).

3. Epitomae.

* *Lib. pont.* (ed. Duchesne, I. 141; || ed. Mommsen, 21). — Ado, 14 oct. — Vinc. Bellov. xii. 24. — *Leg. aurea*, c. 154 (149). — Petrus de Nat. ix. 62.

4. Translatio Cisonium an. 854. *Inc.* Factum est igitur evolutis multorum annorum curriculis — *Des.* in brevi quaedam colligentes sermone fideliter, amputemus. [1525

Act. SS. t. c. 443-46 (omissis duobus locis); || Holder-Egger, in *MG.* Scr. XV. 418-22.

Exc. Dümmler (E.), in *Neues Archiv*, III. 406-7 (duo loci in *Act. SS.* omissi). — *Catal. Brux.* II. 277-78 (alter ex his locis).

Calminius dux Aquitaniae, saec. VII. — Aug. 19.

1. Vita. *Inc. prol.* Praeclara sanctorum confessio — *Inc.* Ven. Dñi conf. Calminius futurus universo orbi sanctitatis speculum — *Des.* et sicut dignum fuerat, vindicavit. Transiit autem... [1526

Thomas d'Aquin de S. Joseph, *Hist. de la vie de S. Calmine* (Tulle, 1646), 337-54; || *Act. SS.* Aug. III. 759-61.

2. Vitae epitome. *Inc.* S. igitur Calminius nobilitate praeclaris ortus natalibus — *Des.* aedificare decrevit monasterium quoddam S. Theofredi. [1527

Thomas d'Aquin de S. Joseph, t. c. 368-70; || *Act. SS.* t. c. 758, n. 8, 9.

Calocerus Brixiensis m. sub Hadriano. — April. 18.

1. Passio (excerpta ex Passione SS. Faustini et Iovitae). **a.** *Inc.* Adstans unus de ministris nomine Calocerus videnque Faustinum — *Des.* cui cum omnia relecta fuissent, placuerunt valde. [1528

Savio (F.), in *Anal. Boll.* XV. 113-40. Cf. **Faustinus**, 1. ii, iii, iv.

b. *Inc.* Cum bb. mm. Faustinus et Iovita diversa tormentorum genera — *Des.* cui cum omnia relecta fuissent, valde placuerunt. Passus est bb. Calocerus... [1529

Mombritius, I. 148-50^{v}; || *Act. SS.* Febr. II. 817-20; 3^{a} ed. 818-21.

c. *Inc.* Cum Adrianus imp. Italiam peragraret, occurrit ei comes Rhaetiarum — *Des.* sanguis etiam noster funditur. Passus est... [1530

Act. SS. April. II. 523-26; 3^{a} ed. 520-23.

2. Epitome. *Inc.* S. Calocerus cum esset curialis Adriani ac ei valde carus — *Des.* eidem sancto dicatae plures capellae. [1531

Raymundi Turchi *Memoriale*, c. 20, ed. Pasinus (I.), *Codices mss. bibliothecae regii Taurinensis athenaei*, II (1749), 186.

Calocerus ep. Ravennas sub. Hadriano. — Febr. 11.

1. Vita (Agnelli *Lib. pont. eccl. Raven.*, episc. iv). *Inc.* Calocerus IIII bonus tempus interpretatur — *Des.* in basilica b. Probi confessoris. Sedit... [1532

* Agnellus (*MG.* Scr. rer. langob. 282).

2. Vita. *Inc. prol.* Calocerus, id est calcans otia... Quamquam deceat ss. quoscumque honorare — *Inc.* Igitur b. C., cuius hodie sollemnia celebramus — *Des.* in nostra s. matre ecclesia Ursiana, quae Agia Anastasis pariter nuncupatur, ad laudem... [1533

Muratori, *Rer. ital. scr.* I, 2. 549-52.

Calocerus et Parthenius mm. Romae, sub Decio. — Mai 19.

Passio. *Inc.* Igitur inter imp. Romanos christianus primus Philippus fuit — *Des.* Calocerus maior, Parthenius minor aetate. Passi sunt die xiv kal. iun... [1534

Act. SS. Mai IV. 302-4; 3ª ed. 301-3.

Caluppa reclusus Meletensis, † 576. — Mart. 3.

Vita auct. Gregorio Turon. (*Vit. Patrum* xi). *Inc. prol.* Semper enim paupertas saeculi — *Inc.* Hic autem ab ineunte aetate semper — *Des.* quinquagesimo, ut opinor, aevi anno migravit ad Dñum. [1535

* *Greg. Turon. opera* (ed. Ruinart, 1206-10; || *P.L.* LXXI. 1058-61; || ed. Krusch, 709-11); || Surius, II (1571), 59-60; (1578), 55-56; III (1618), 41; III (1875), 25-27; || *Act. SS.* Mart. I. 262-63; 3ª ed. 260-61.

Candia seu **Candida** v. m. ex sociabus S. Ursulae. — Oct. 22.

Translatio capitis Dertusam in Hispania. *Inc.* (*post tres lectiones de S. Cordula*). Diffusa autem inter fideles... Anno siquidem Dñi mcccli — *Des.* sicque infirmitas ipsa seu aegritudo curatur. [1536

Villanueva, *Viage literario*, V. 147-48; || *Act. SS.* Oct. IX. 579, n. 2.

Candida v. m. Carthagine sub Maximiano. — Sept. 30.

Passio. *Inc.* Sub Maximiano imp. et cesalibus eius Carthagine pervenit ad aures imperatoris — *Des.* iussit illos silere. Tunc omnes credentes in fide confortati sunt... [1537

De qua *Catal. Paris.* III. 487, 83°.

Candida iunior Neapolitana, † 586. — Sept. 4.

Vita. *Inc.* In civitate Neapolitana... quaedam ven. mulier ex nobili prosapia — *Des.* in atriis domus Dñi. Haec et multa alia... [1538

Officium S. Ianuarii etc. (Neapoli, 1525), f. 66-69v; || *Act. SS.* Sept. II. 229-30.

Candidus m. Thebaeus, sub Diocletiano. — Sept. 22.

1. Translatio (Candidi et Victoris) in monasterium Walciodorense an. 1143, auct. Richero mon. Alto divinae dispositionis consilio atque praescientia — *Inc.* Igitur ad divinae dispositionis praedestinationem cum nostrum — *Des.* Translata sunt autem corpora... id. ian. anno mcxliii... a dño Theoderico abbate... [1539

Anal. Boll. XI: 115-25.

2. Inventio in coenobio S. Cucufatis Barcinone saec. XIII/XIV. *Inc. prol.* Quia opera Dñi revelare et confiteri — *Inc.* Igitur nostris temporibus, in quos fines saeculorum devenerunt — *Des.* nec... visitantibus eum desinit praestare auxilium. [1540

Act. SS. Sept. VI. 900-2, n. 26-31.

Canio ep. Afer cultus Acheruntiae in Lucania, sub Diocletiano. — Mai 24.

Vita et translatio. *Inc. prol.* Postquam Deus et D.N.I.C. missum Verbum ab arce Patris — *Inc.* Anno secundo impiissimorum principum Diocletiani — *Des.* et semper pius patronus transferretur. [1541

Ughelli, VII. 18-34 et (finis) 17-18; 2ª ed. 14-24 et 13-14; || *Act. SS.* Mai VI. 28-34.

Cannatus ep. Massiliensis, saec. V extr. — Oct. 15.

Vita. *Inc.* Bb. Cannatus illustrissimis natalibus ortus fuit; regis enim Aquensis — *Des.* nulla gutta pluviae distillavit. Imitemur, igitur, ff. cc., quem laudamus... [1542

Act. SS. Oct. VII. 25-26; || Albanès-Chevalier, *Gallia christiana novissima*, Marseille (Valence, 1899), instrum. 15-19.

Cannechus seu **Cannicus.** *Vid.* **Cainechus.**

Cantius, Cantianus et Cantianilla mm. Aquileiae sub Diocletiano. — Mai 31.

1. Passio. **a.** *Inc.* Beatissimos igitur mm. Christi Cantium, Cantianum et Cantianillam legimus a paedagogo suo Proto — *Des.* videntibus apparuit. Quo tempore ven. vir Zoilus ... in optimo loco sepelivit. Martyrizati sunt autem ss. mm. C. C. et C. ii kal. iun... [1543

Cf. *Anal. Boll.* I. 511, 32°; *Catal. Brux.* II. 306, 51°; *Catal. Paris.* I. 490, 42°; 570. 22°; III. 155, 26°; *Anal. Boll.* XVII. 64, etc. etc.

b. *Inc. ut* a. — *Des.* videntibus apparuit. Quo tempore ... sepelivit. Qui et ipse post ... perrexit ad Dñum. Apparuerunt ei in visione ... in vinculis habebantur. Qua eunte, s. Zoilus perrexit ad Deum. Martyrizati sunt *etc. ut* a. [1544

Cf. *Catal. Brux.* I. 153-54, 111°.

c. *Inc. prol.* Omnia quae a sanctis gesta sunt ... saginatur. Scribimus ut in gestis invenimus — *Des. prol.* ut hostis incipiat te timere. — *Inc. ut* a. — *Des.* videntibus apparuit. Quo tempore ven. vir Zoelus ... et in loculo collocavit. Qui et ipse s. Zoilus post ... perrexit ad Dñum. Passi sunt bb. mm. C. C. et C. II kal. iun. [1545

MABILLON, *De liturgia gallicana* (1729), 467-70.

d. *Inc. et des. prol. ut in* c. — *Inc. ut* a. — *Des.* quae est iuxta Aquasgradatas, usque in hodiernum diem. Quo tempore ven. Zenus presb. ... collocavit eos iuxta Chrysogonum. Passi sunt autem *etc. ut* c. [1546

Act. SS. Mai VII. 428-30; 3ª ed. 421-22.

e. *Inc.* Servus Christi Ambrosius ... Omnia quae a sanctis Dei gesta sunt ... saginatur. Bene et iucunde tres martyres uno paene vocabulo — *Des.* videntibus apparuit. Quo tempore ven. Zenus presb. ... in loculo optimo collocavit. Ipse enim s. Zenus ... perrexit ad Dñum I. C. Eorum vero precibus et orationibus adiuvemur ... Passi sunt autem bb. mm. C. C. et C. in Qualigensi civitate sub die XVIII kal. iul.... [1547

MOMBRITIUS, I. 156ᵛ-57ᵛ.

2. PASSIO. *Inc. prol.* Agones ss. describere martyrum — *Inc.* Gloriosi testes Christi C. C. simulque C. praeclaris natalibus nobiles — *Des.* Tunc sacerdos ven. cognomine Zoilus ... apto locavit in loculo. [1548

Cf. *Anal. Boll.* XVII. 109, 129ᵉ.

3. SERMO AUCT. PSEUDO-AMBROSIO. *Inc.* Hodie bb. C-ii, C-ani et C-illae natalis est. Quam bene et iucunde tres martyres uno paene vocabulo — *Des.* qui praecedere nos profitemur ad gloriam. [1549

* *Ambrosii Mediolanensis opera* (ed. Maurinorum, Paris, 1690, II. append. 458-59; || *P.L.* XVII. 705-6; || ed. BALLERINI, VI. 504-5); || VICELIUS, *Hagiologium*, f. 250ᵛ-51; || SURIUS, III (1572), 432-33; (1579), 496-97; V (1618), 327-28; V (1876), 777-78.

Canutus IV rex Daniae m., † 1086. — Iul. 10.

1. PASSIO ET TRANSLATIO. *Inc. prol.* Licet per totius orbis ecclesias conveniat — *Inc.* Stirpe igitur regali et ultra istius gentis naturam — *Des.* Sed postquam sepulcrum eius discooperuimus et reliquias ... [1550

Act. SS. Iul. III. 121-23; 3ª ed. 115-17; || LANGEBEK, *Scr. rer. Dan.* III. 317-22. — **Emendationes.** GERTZ (Cl.), apud H. OLRIK, *Danske Helgeners Levnéd* (1893/94), 107.

Exc. WAITZ (G.), in *MG.* Scr. XXIX. 5.

2. VITA ET TRANSLATIO AUCT. AELNOTHO. *Inc. prol.* Principum duci ... regi Nicolao ... Clementiam mansuetudinis gloriae vestrae — *Inc.* Regna Aquilonis in remotis mundi partibus abdita — *Des.* petentibus efficiuntur probabilia. — *Inc. epil.* Haec ego Ailnothus sacerdotum infimus — *Des.* non desinit in saecula. Illi cum Patre... [1551

Historia S. Canuti regis et martyris, Othoniae sepulti, per Aelnothum anglicum ante 400 annos conscripta (Hafniae, 1602), sign. A.2-D.5; || *Ael-*

nothus mon. Cantuariensis de vita et passione S. C-i, ed. I. Meursius (Hafniae, 1631), 1-76; || Westphalen (E. I. de), *Monumenta inedita rerum germanicarum*, IV (1745), 1377-1410; || *Ioannis Meursii opera* ex recensione I. Lami, IX (Florentiae, 1746), 1061-1104; || *Act. SS.* t. c. 127-42; 3ª ed. 121-36; || Langebek, t. c. 327-90. — **Emendationes.** Gertz, l. c. 108-10.

Editionem quam alii Hafniae an. 1657, alii Lubecae eodem anno prodiisse asserunt, nullam exstitisse, litteris datis probavit nobis vir cl. C. W. Bruun, Hafniensi bibliothecae praefectus.

Exc. Waitz, l. c. 5-6.

3. Vita excerpta ex Saxonis Grammatici *Gestis Danorum*, lib. xi et xii.

* Saxo Grammaticus (ed. A. Holder, Strassburg, 1886, 378-400); || Surius, IV (1573), 171-78; (1579), 169-76; I (1618), 100-104; I (1875), 444-455; || *Act. SS.* t. c. 143-49; 3ª 136-41.

Exc. Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XXIX. 68-70.

4. Liber de martyrizatione Canuti regis (antiquior saec. XVI? an auct. Petro Olai?). *Inc.* Effugatus igitur s. Canutus de Iucia venit in Otthensby — *Des.* facta est arca pro ossibus eius mci. [1552

Langebek, t. c. 322-25.

Exc. Waitz, t. c. 5.

5. Carmen de miraculis auct. Arnfasto mon. *Inc.* Fuit quidam puerulus vocabulo Hesbernulus — *Des.* Kanuti imperio locus defensatur, cuius corpus tumulo illic condebatur. [1553

Libellus ineditus est, neque integer est servatus. Versionem danicam eorum quae supersunt edidit H. Olrik, t. c. 341-47.

6. Variae epitomae in breviariis (excerptae ex 1, 2, 3).

a. Langebek, t. c. 391-94. — **b.** *Brev. Otthoniense* an. 1497; || Langebek, t. c. 395-402. — **c.** *Brev. Slesvicense* an. 1512; || Cypraeus, *Annales episc. Slesvicensium* (1634), 111-13; || *Act. SS.* t. c. 120, n. 8-10; 3ª ed. 114-15, n. 8-10; || Pontoppidanus, *Annales ecclesiae Danicae*, I (1741), 236-37; || Langebek, t. c. 413-14. — **d.** *Brev. Arosiense* an. 1513; || Langebek, t. c. 402-404. — **e.** *Brev. Lundense* an. 1517; || *Brev. Nidrosiense* an. 1519; || Langebek, t. c. 407-12. — **f.** *Brev. Roskildense* an. 1517; || Langebek, t. c. 416-22.

Canutus Laward, dux Slesvicensis, † 1131. — Ian. 7 et 19.

1. Vita auct. Roberto mon. Eliensi, libris 3.

Excerpta a Velleio facta. Langebek, *Scr. rer. Dan.* IV. 257-61. — Waitz (G.), in *MG.* Scr. XXIX. 9-11.

2. Vita. *Inc.* Rex christianissimus Hericus Dei gratia dignus imperio — *Des.* iura carnis iustus persolvit. Passus est igitur... anno ab inc. Dñi mcxxx, cui est honor... [1554

Waitz (G.), in *Abhandlungen der kön. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, hist.-philol. Classe, VIII (1860), 22-32; || Usinger (R.), in *Quellensammlung der Gesellschaft für Schleswig-Holst.-Lauenb. Geschichte*, IV (1875), 38-52; || Waitz, in *MG.* Scr. XXIX. 12-16. — **Emendationes.** Gertz (Cl.) apud H. Olrik, *Danske Helgeners Levned* (1893/94), 148.

3. Translatio. *Inc.* Deo dilectus dux K. terminum tangens quem praeterire — *Des.* Redeuntibus ergo legatis, vii kal. iul. (*cod.* iun.) anno inc. dñicae mclxx... dux K. translatus est. [1555

Waitz, in *Abhandlungen*, t. c. 36-39; || Usinger, t. c. 60-65; || Waitz, in *MG.* t. c. 17-19. — **Emendationes.** Gertz, l. c. 148.

Exc. Langebek, t. c. 261-62.

4. Notae de vita et miraculis auct. monacho Ringstadensi. *Inc. carmen.* Anno milleno centeno ter quoque deno — *Des.* martyrio periit, quo praemia caelica carpit. — *Inc. epitaphium.* Haec est tumba ducis — *Des.* meat, audit, sensificatur. — *Inc. pars I.* Superba quaedam mulier sancto iuxta suum fontem detrahens — *Des.* nobis videntibus abbati tradidit. Deo gratias, qui salvat homines et iumenta. — *Inc. pars II.* Kanutus dicitur a canicie, sicut illud : Gaudeo te puerum — *Des.* Redeuntibus autem legatis, scilicet Stephano... vii kal. iul. anno Dñi mclxx translatus. [1556

Versionem danicam opusculi inediti, praetermisso tamen epitaphio, confecit H. Olrik, t. c. 352-66.

5. Variae epitomae in breviariis (excerptae ex 2, 3).

(Ex 2) **a.** *Brev. Slesvicense* an. 1512 ; || Cypraeus, *Annales episc. Slesvicensium* (1634), 151-52; || *Act. SS.* Ian. I. 392; || *Dänische Bibliothec oder Sammlung von alten und neuen gelehrten Sachen aus Dännemarck*, III (Copenhagen, 1739), 67-70; || Pontoppidanus, *Annales ecclesiae Danicae*, I (1741), 420-22; || Langebek, t. c. 271-72. — **b.** *Brev. Arosiense* an. 1513; || Langebek, t. c. 274-75. — **c.** *Brev. Lundense* an 1517; || *Dänische Bibliothec*, t. c. 64-65; || Langebek, t. c. 263. — **d.** *Brev. Roskildense* an. 1517; || *Dänische Bibliothec*, t. c. 53-56; || Langebek, t. c. 265-66.

(Ex 3) **a.** *Brev. Otthoniense* an. 1497; || Langebek, t. c. 273-74. — **b.** *Brev. Slesvicense* an. 1512; || Cypraeus, t. c. 151-52; || *Act. SS.* t. c. 400-1, n. 2-4; || *Dänische Bibliothec*, t. c. 70-72; || Pontoppidanus, t. c. 419-20; || Langebek, t. c. 272-73. — **c.** *Brev. Lundense* an. 1517; || *Dänische Bibliothec*, t. c. 66-67; || Langebek, t. c. 264. — **d.** *Brev. Roskildense* an. 1517; || *Dänische Bibliothec*, t. c. 61-63; || Langebek, t. c. 268.

Capellus et Bassa mm. in insula Maiorica, † 1287. — Dominica I post 1 nov.

Passio. *Inc.* Anno inc. Verbi mcclxxxvii Amphosius rex Aragonum — *Des.* percipere meruerunt immarcessibilem gloriae coronam. [1557

Planes (Gerónimo), *Sermon de los ínclitos mártires sant Cabrit y sant Bassa...* (Mallorca, 1625), sign. C.3ᵛ-C.4ᵛ; || Villanueva, *Viage literario*, XXII. 283-84.

Caprasius m. Aginni, sub Maximiano. — Oct. 20.

1. Passio. *Vid.* **Fides** m. Aginni.

2. Passio. *Inc.* In diebus illis, regnante impio et iniquissimo Maximiano imp., atrocitas — *Des.* Fulget virtutibus muneris sui ornata

religione (*al.* ornatus privilegio) s. Caprasius. Per ipsum nobis optemus ut misericordia Dei... [1558

Exc. Labbe, *Bibl. mss.* II, appendix, sign. SSSss.ij^{v} (omissa est pars media).

Caprasius ab. Lirinensis, † cca. 430. — Iun. 1.

Vita. *Inc. prol.* Videmus quamplurimos homines gentilium libros — *Inc.* Fuit itaque b. Caprasius ingenuus ac spectabilis genere — *Des.* circa annos humanae redemptionis 30 super 400, inibique sepultus, regnante Dño N. I. C... [1559

Surius, VII (1581), 454-56; III (1579), 506-8; VI (1618), 5-6; VI (1877), 20-23; || Barralis, *Chronologia Lerinensis*, I. 191-93; || *Act. SS.* Iun. I. 78-79; 3^{a} ed. 75-77.

Exc. Molinier et Kohler, *Itin. Hieros.* I, 2 (1885), 72-73.

Captivus monachus. *Vid.* **Malchus.**

Caradocus ab. in Hibernia, saec. V. — Mai 16.

Vita. *Inc.* Quodam tempore fuit vir nomine Cereticus et hic vir habuit multos filios; quorum unus erat Karadocus nomine. In illis diebus venerunt Scoti — *Des.* (*incompleta*) et facta est pax et unitas inter ipsos. [1560

Brev. Leonense (Paris. 1516), sign. LL.iij^{v}; || La Borderie (A. de), *Les deux SS. Caradec. Légendes latines inédites* (Paris, 1883), 12-17.

Caradocus erem. in Wallia, † 1124. — April. 13.

Vita. *Inc.* Amicus Dei Caradocus, de Cambria — *Des.* Quo viso, perterritus monachus a sancto humiliter veniam postulavit. [1561

Capgravius, f. 55-55^{v}; || *Act. SS.* April. II. 151-52.

Carantocus (al. **Carentocus, Cernathus**) ab. in Hibernia, saec. V. — Mai 16.

1. Vita. I. Prooemium. *Inc.* Quodam tempore fuit vir nomine Keredic. Rex erat hic vir et habuit multos filios; quorum unus erat Carantocus nomine, filius Keredic, mab Cuneda — *Des.* ubi devotus Deo persolvit gratias. [1562

Act. SS. Mai III. 585-86; 3^{a} ed. 583; || Rees, *Cambro British SS.* 100-101.

Exc. La Borderie (A. de), *Les deux SS. Caradec* (Paris, 1883), 19-20.

Prooemium hoc est ipsum initium Vitae S. Caradoci ab. in Hibernia, at illud interpolationibus corruptum.

II. Vita. *Inc. prol.* Veneranda est huius diei sollemnitas — *Inc.* Ab annis pueritiae habuit innocentiam — *Des.* Saepe flebat pro blasphemantibus, qui manet sine macula... [1563

Act. SS. t. c. 586-87; 3^{a} ed. 583-84; || Rees, t. c. 97-100.

2. Epitome. *Inc.* Rex quidam nomine Keredicus multos habuit filios — *Des.* et sepultus est in civitate sua, quae a nomine suo vocata est Chernac. [1564

Capgravius, f. 56-56ᵛ.

Caraunus m. in dioecesi Carnutensi, saec. V. — Mai 28.

1. Vita et Passio. *Inc. prol.* Si gentilium poetarum rumorum inflata opinio — *Inc.* Bb. igitur Caraunus romano territorio oriundus patre illustri — *Des.* incolumes domum revertuntur, Dñi nomen benedicentes sanctorum in splendoribus, cui... [1565

Act. SS. Mai VI. 749-52; 3ª ed. 741-44.

2. Vita et Passio. *Inc.* Caraunus igitur s. ac bb. ortus territorio romano, patre nobile — *Des.* Sciatur enim hic et in futuro verum esse medicum C-um, qui cottidie... [1566

De qua *Anal. Boll.* XVII. 62-63.

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. xi. 24; || Mombritius, I. 215ᵛ. — Petrus de Nat. v. 60. — Narbey, *Supplément aux Acta SS.* I. 79.

4. Miracula. *Inc. prol.* Divini muneris subsidio, ff. dd., tanti viri — *Inc.* Interea, quemadmodum Dei famulus C. prophetiae spiritu — *Des.* caelicolarum applicemur coetibus, praestante... [1567

Act. SS. t. c. 752-54; 3ª ed. 744-45.

Carentocus. *Vid.* **Carantocus.**

Carileffus seu **Areleffus** ab. Anisolensis, saec. V. — Iul. 1.

1. Vita et miracula. *Inc. prol.* Vitam bb. Areleffi (*al.* Carileffi) sacerdotis Anisole coenobii narraturus — *Inc.* Igitur vir vitae ven. Areleffus (*al.* Carileffus) ex provincia Aquitaniae — *Des.* Sanctam etiam congregationem, quae ad bb. sacerdotis Areleffi reliquias excubant,... deprecor ut mei memores esse dignentur... [1568

Exc. Krusch (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. III. 389-94 (nonnullis rescissis in Vita, et omissis Miraculis). — *Act. SS.* Iul. I. 102; 3ª ed. 90-91 (miraculum a Surio omissum " Claudere me sermonem... „). — *Catal. Brux.* I. 28-29, 26° (cetera a Surio omissa). — (**Mut.** et quibusdam omissis) Surius, IV (1573), 34-41; (1579), 32-39; VII (1618), 19-24; VIII (1877), 71-82.

2. Vita perperam adscripta Siviardo ab. Anisolensi. *Inc. prol.* Constat veterum fuisse morem ut sui temporis viros — *Inc.* Principe igitur supradicto et germano eius Clotario — *Des.* α) collata beneficia. Sepultus itaque est vir totius boni speculum kal. iul.... [1569

vel des. β) divinae animadversionis. Quae cuncta praeconia... [1570

Mabillon, *Acta*, I. 642-50; 2ª ed. 621-29 (des. α); || *P.L.* LXXIV. 1247-62 (item). — *Act. SS.* t. c. 90-98; 3ª ed. 80-87 (des. β).

Exc. Bouquet, III. 439-42.

3. Vita. *Inc. prol.* Quia, largiente Dño, commemorare aliquid cupimus — *Inc.* Eodem tempore, cum Hildebertus rex augustus et germanus Clotarius — *Des.* Unde crevit timor circa sanctum coenobium... Gloria... [1571

De qua *Anal. Boll.* VIII. 172, 47°; Krusch, t. c. 388.

4. Miracula. *Inc.* Ardor inest animo... Possessio est monasterio longius sita — *Des.* nullo egens ductore ad propria rediit. [1572

Mabillon, t. c. 650-54; 2ª ed. 629-33; || *Act. SS.* t. c. 99-102; 3ª ed. 88-90 (omissis tribus capitulis, quae eadem leguntur in recensione β Vitae **2**).

5. Epitomae.

Notkerus, 1 iul. — Vinc. Bellov. xxii. 41-44. — Petrus de Nat. vi. 37.

Carolus Blesensis dux Britanniae, † 1364. — Sept. 29.

Processus canonisationis.

Exc. Du Chesne (André), *Hist. de la maison de Chastillon-sur-Marne* (Paris, 1621), preuves, 126-31. — Lobineau (G. A.), *Hist. de Bretagne*, II (1707), 540-70; || Morice, *Mém. hist. Bretagne*, II (1744), 1-33. — Porcher (R.), *Vie du B. Charles de Blois* (ed. in Le Loir-et-Cher historique, X. 1897, 193 sqq., 257 sqq., 321 sqq.; Revue de Loir-et-Cher, XI. 1898, 5 sqq. etc.) passim in notis.

Carolus Bonus comes Flandriae, † 1127. — Mart. 2.

1. Vita auct. Waltero seu Galtero archidiac. Tarvanensi. *Inc. prol.* Dño suo... Iohanni... Praecepit humilitati meae — *Inc.* Anno itaque Verbi inc. mcxxvii, ind. v, vi non. mart., terrae nostrae pace sublata — *Des.* superbiam sua damnavit humilitate. Amen. [1573

[Sirmondus (I.)], *Vita s. Caroli comitis Flandriae m.* (Paris. 1615), 1-123; || Surius, III (1618), 25-35; || *Act. SS.* Mart. I. 163-78; || Langebek, *Scr. rer. Dan.* IV. 78-110; || *P.L.* CLXVI. 901-44; || Köpke (R.), in *MG.* Scr. XII. 537-61.

Exc. De Wrée (O.), *La Généalogie des comtes de Flandre*, I (Bruge, 1642), preuves, 149, 151; || Vredius (O.), *Genealogia comitum Flandriae*, I (Brugis, 1642), 149, 151. — Bouquet, XIII. 334-47.

2. Vita auct. Galberto. *Inc. prol.* Cum inter regnorum principes quos circa nos — *Inc.* Karolus itaque filius Cnutonis regis Datiae et matre oriundus quae — *Des.* quae ab ipsis ss. et piissimus comes K. obtinuerat, gratanter dederunt. [1574

Act. SS. t. c. 179-219; 3ª ed. 179-218 (desunt pauca quaedam circa finem); || Langebek, t. c. 112-92 (item); || *P.L.* t. c. 943-1046 (item); || Köpke, t. c. 561-619 (item); || Pirenne (H.), *Hist. du meurtre de Charles le Bon* (Paris, 1891), 1-176.

Exc. Duchesne, *Hist. généalogique des maisons de Guines, d'Ardres, de Gand et de Coucy* (Paris, 1631), 69-70, 196-97, 205-8, 234-35. — De Wrée, item Vredius, tt. cc. 151. — Bouquet, XIII. 347-92.

3. Passio. *Inc.* Ad omne spirituale spectaculum adstans homo Dei Karolus — *Des.* et non toti genti Flandrigenarum externae nationes tam grande dedecus incuterent. Amen. [1575

Historia S. Canuti regis et martyris, Othoniae sepulti, per Aelnothum anglicum ante 400 annos conscripta (Hafniae, 1602), sign. D.5-E.2ᵛ; || *Aelnothus mon. Cantuariensis de vita et passione s. Canuti; item anonymus de passione s. C-i com. Flandriae*, ed. I. Meursius (Hafniae, 1631). 78-92; || *Ioannis Meursii opera* ex recensione I. Lami, IX (Florentiae, 1746) 1107-14; || Langebek, t. c. 71-77; || Köpke, t. c. 619-23. — Vulgo asserunt Vitam hanc anno 1657 simul cum libello Aelnothi de Vita Canuti prodiisse; at cf. supra **Canutus rex, 2.**

4. Passio rhythmica. *Inc.* Proh dolor, ducem Flandriae et defensorem — *Des.* Hoc sunt digni supplicio quibus placet proditio. [1576

Act. SS. t. c. 219-20; 3ª ed. 218-19; || Martene et Durand, *Vet. scr. ampl. coll.* VI. 1134-36; || Langebek, t. c. 212-15; || Du Méril (Ed.), *Poésies populaires latines du moyen âge* (1847), 266-75; || *P.L.* t. c. 1045-48; || Pirenne, t. c. 177-84.

Exc. *Histoire littéraire de la France*, XI. 318.

5. Narratio de nece Caroli. *Vid.* **Ionatus** (Translatio Saliacum).

Carolus Magnus imperator, † 814. — Ian. 28.

1. Carmen de conversione Saxonum. *Inc.* Quintus erat mundi tristis ab origine limes — *Des.* dare proprio promisit ab ore. [1577

Alcuini opera ed. Frobenius (1777), II. 615; || Dümmler (E.), in *MG.* Poet. lat. I. 380-81.

2. Carmen de prima expeditione Bavarica adversus Tassilonem, auct. Hibernico exsule (Dungalo). *Inc.* Hos Karolo regi versus Hibernicus exul. Dum proceres mundi regem venerare videntur — *Des.* Sic fatus, regis cum dono ad castra recessit. [1578

(Initium et finis) Martene et Durand, *Vet. scr. ampl. coll.* VI. 811-14; || Mai (A.), *Class. auct.* V (1833), 405-9; || *P.L.* XCVIII. 1443-45; || Dümmler, t. c. 396-99. — **Emendationes.** Traube (L.), *O Roma nobilis* (1891), 41.

Exc. Bouquet, V. 405.

3. Carmen de conventu Paderbonensi Caroli Magni et Leonis papae (auct. Angilberto ?). *Inc.* Rursus in ambiguos gravis admonet anchora — *Des.* Romanos fugiens propriisque repulsus ab oris. [1579

Goldastus (M.), *Levini Hilperici monachi Seligenstad. carmen de congressu C-i M-i et Leonis papae* (Genevae, 1600) [non vidimus]; || Canisius, *Ant. lect.* VI, 1. 521-35; ed. Basnage, II, 1. 474-83; || Duchesne, *Alchvini opera*, 1747-1756; || Id. *Hist. Franc. scr.* II. 188-97; || Bouquet, V. 388-97; || *Alcuini opera* ed. Frobenius, II. 451-56; || Pertz, *MG.* Scr. II. 393-403; || Orellius (I. C.), *Helperici sive ... Angilberti K. M-us et Leo papa* (Turici, 1832), 23-38; || *P.L.* XCVIII. 1433-44; || Dümmler, t. c. 366-79.

Exc. Ideler (J. L.), *Leben und Wandel Karls des Grossen*, II (1839), 89-92.

4. Vita auct. Einhardo. *Inc. prol.* Vitam et conversationem et ex parte non modica — *Inc.* Gens Merovingorum, de qua Franci reges sibi creare — *Des.* summa cum devotione adimplere curavit. [1580

Gobanus presb. Hibernus m. in Gallia, saec. VII (?). — Iun. 20.

VITA. *Inc.* Mundi salvator, humanae calamitati compatiens — *Des.* Fuit autem postea humatus cum cereis et cantu... [3569

Act. SS. Iun. IV. 23-24; 3ª ed. V. 20-22.

Gobertus comes Asperi-montis, mon. Villariensis, † 1263/64. — Aug. 20.

1. VITA, libris 3. *Inc. prol. I.* Si propheta Hieremias — *Inc. prol. II.* Credo nonnullos esse meum miraturos opusculum — *Inc. prol. III.* Piissimus ac summe bonus Dñus Deus — *Inc. lib. I.* Reverendus igitur ac inclitus piusque G., vir virilis corde — *Des.* ac ceterorum fratrum deplangentium. [3570

Act. SS. Aug. IV. 377-94.

2. VITA (*Gesta sanctorum Villariensium*, altera editio, c. 2). *Inc.* Dñus Gobertus pius ac reverendus primo dñus atque comes — *Des. ut* 1. — *Sequitur epitaphium, quod inc.* Haec qui metra legit... *et des.* pro nobis omnibus ora. Amen. [3571

MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.* III. 1318-33.

EXC. WAITZ (G.), in *MG.* Scr. XXV. 226-29.

Godeberta v. Novioduni, † cca. 700. — April. 11.

VITA (ADSCRIPTA RADBODO II EP. NOVIOMENSI). *Inc. prol.* Diem hanc gloriosam egregiae v. G-ae — *Inc.* Haec quidem in pago Ambianensium christianis edita parentibus — *Des.* Christo Dño nostro concorporari concedat in caelesti collegio... [3572

Act. SS. April. II. 32-36; || *P.L.* CL. 1517-28. — (**Mut. et contracta**) SURIUS, VII (1581), 270-72; II (1578), 692-95; IV (1618), 145-46; II (1875), 681-84.

EXC. BOUQUET, III. 578. — (EX Surio) DUCHESNE, *Hist. Franc. scr.* I. 671.

Godefridus ep. Ambianensis, † 1118. — Nov. 8.

VITA AUCT. NICOLAO MON. SUESSIONENSI, libris 3. *Inc. epist.* Rev. patri Rohardo... Saepius, pater amantissime, tua sanctitas parvitatem meam — *Inc. prol.* Moris antiquorum exstitit recolere praeclara dicta — *Inc. lib. I.* Igitur ven. Godefridus pago Suessionico oriundus fuit — *Des.* Pausavit autem piissimus pastor... inc. autem Verbi Dei MCXVIII... Amen. [3573

APPENDIX DE TRANSLATIONE. *Inc.* Anno humaniti Verbi Dei MCXXXVIII translatum est — *Des.* exhibebit rempublicam. [3574

(**Mut.** et contracta) SURIUS, VI (1575), 179-214; (1581), 190-225; XI (1618), 209-27; XI (1880), 338-69. — Verba genuina ex ms. desumpsimus.

Exc. (ex Surio) BOUQUET, XIV. 174-81. — (ex eodem) LE VASSEUR (L.), *Ephemerides ordinis Cartusiensis*, IV (Monstrolii, 1892), 99-102.

Godefridus comes Capenbergensis, Ord. Praem., † 1127. — Ian. 13.

1. VITA. *Inc. prol.* Inaestimabilem beneficiorum Dei magnitudinem — *Inc.* Temporibus gloriosi Heinrici, qui huius nominis quintus — *Des.* benedicenda et promovenda indubitanter confidimus. [3575

ADDITAMENTA. I. *Inc.* Porro de antiquis possessoribus — *Des.* lumen effulsit. — II. *Inc.* Praeterea factum est — *Des.* laudibus excitetur. — III. Pater comitum G-i et Ottonis — *Des.* matrem comitis Simonis de Tytneburg. [3576

SERARIUS (N.), *Comitum par genere, potentia, opibus heroicaque virtute inclytum* ... (Moguntiae, 1605), 1-91; || ID. *Opusculorum theologicorum* tomus I (1611), 346-61; || SURIUS, I (1618), 208-17; || *Act. SS.* Ian. I. 846-55; 3ª ed. II. 128-37; || JAFFÉ (Ph.), in *MG.* Scr. XII. 514-30.

2. VITA METRICA. *Inc.* Spiritus aspira mea tu pius intima gyra — *Des.* Ut demum videam te patriamque tuam. [3577

Act. SS. Ian. I. 860-63; 3ª ed. II. 142-45.

3. VITA. *Inc.* Temporibus b. Ludgeri primi ep. Monasteriensis — *Des.* et citato gradu sequitur praecedentes. [3578

Act. SS. Ian. I. 857-60 et 1111-13; 3ª ed. II. 139-42 et 754-56; || ROTH (F. W. E.), apud K. VOLLMÖLLER, *Romanische Forschungen*, VI, 3 (1891), 435-44. — (**Mut.** et contracta) SURIUS, VII (1581), 21-26; (1586), 12-17; || KOHEL, *Praemonstratensis ordinis nonnullorum patrum Vitae* (Typis Lucensibus ad fluvium Diae, 1608), sign. T.1-X.3ᵛ.

Exc. JAFFÉ, l. c. in notis.

Godefridus mon. sacrista Villariensis, saec. XII. — Oct. 2.

VITA (*Gesta sanctorum Villariensium*, c. 2, al. 4, 5). **a.** *Inc.* Est monasterium in sancta Colonia monachorum nigrorum — *Des.* quae nunc Camera appellatur, fundavit et aedificavit. [3579

MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.* III. 1339-44.

Exc. WAITZ (G.), in *MG.* Scr. XXV. 227-30.

b. *Inc.* Est monasterium S. Panthaleonis in sancta Colonia *etc.* — *Des. ut* a, *sed add.* Nunc igitur, vir beate, mihi haec scribenti... tandem aggregari valeam. [3580

Act. SS. Oct. I. 534-36.

Godehardus ep. Hildesheimensis, † 1038. — Mai 4.

1. Narratio Wolfherii (in fine Vitae S. Bernwardi). *Vid.* **Bernwardus,** 1 b.

2. Vita prior auct. eodem. *Inc. epist.* Dño suo ac praeceptori diserto A... Quoniam quidem divinae stabilitatis — *Inc. prol.* Lector quique studens dictamen cernere prudens — *Inc.* Divinae potentiae semper est — *Des.* lucrum exoriri posse cognovit. [3581

Pertz, *MG.* Scr. XI. 167-96.

3. Vita posterior auct. eodem. *Inc. prol.* Summae reverentiae... Albwino... Historiam de vita et institutione — *Inc.* Quia evangelica veritatis voce praecipitur — *Des.* eam celerius meritis eius suffragantibus impetra [per eum qui omnia operatur... Amen]. [3582

Vita bb. patris Godehardi (Lipsi[ae], 1518), sign. A.1ᵛ-Dᵛ (deest unum caput, quod est in editione Pertzii 33ᵘᵐ); || Browerus (Chr.), *Vita D. Godehardi* (inter Sidera Germ., Moguntiae, 1616), 8-51 (deest idem); || Surius, V (1618), 55-67 (deest idem); || *Act. SS.* Mai I. 502-18 (var. lect. VII. 581-582); 3ª ed. I. 507-24 (var. lect. VII. 572-73) [deest idem]; || Mabillon, *Acta*, VI, 1. 396-425; 2ª ed. 351-75 (deest idem); || Leibnitius, *Scr. rer. Brunsv.* I. 482-502 (deest idem); || [Tentzelius], *Supplementum Historiae Gothanae quartum* (Ienae, 1716), 12-77 (deest idem); || *P.L.* CXLI. 1161-1202 (deest idem); || Pertz, t. c. 196-218. — (**Mut.**) Surius, VII (1581), 362-82; III (1579), 95-115; V (1876), 107-30 (deest idem caput).

Exc. Duchesne, *Hist. Franc. scr.* III. 376. — Bouquet, III. 662.

4. Miracula in vita patrata. *Inc.* Iohannes quidam, civis Pataviensis — *Des.* ad loca sua remeaverunt, et quieverunt. [3583

Browerus, l. c. 52-58; || Surius, V (1618), 67-69; || *Act. SS.* Mai I. 519-521; 3ª ed. 524-26; || Mabillon, t. c. 425-30; 2ª ed. 375-79; || Leibnitius, t. c. 502-5; || Tentzelius, t. c. 77-85; || *P.L.* t. c. 1201-8; || Pertz, t. c. 218-21.

5. Canonizatio, elevatio et miracula saec. XII. *Inc. prol.* Gloria summo Creatori humani generis reparatori — *Inc.* Anno dñicae inc. MCXXVIII, obitus vero b. G-i XC, Bertholdus — *Des.* in ecclesia nostra suspendi rogabat. [3584

Vita bb. patris Godehardi (Lipsiae, 1518), sign. Dᵛ-E.ij; *des.* " et illuminatum fuisse cognoverunt „; sequitur narratio **6**, III. (Multa in posteriore parte libelli omissa sunt, quaedam etiam capitula loco mutata); || Browerus, l. c. 59-78, || Surius, V (1618), 69-75; || *Act. SS.* t. c. 521-28; 3ª ed. 526-33; || Mabillon, t. c. 430-44; 2ª ed. 380-91; || Leibnitius, t. c. 505-15; || Tentzelius, t. c. 86-114; || *P.L.* t. c. 1207-24; || Pertz, *MG.* Scr. XII. 639-50.

Exc. Bouquet, XIV. 237.

6. Miracula saec. XIII, XIV, XV. I. *Inc.* Interea dum haec aguntur — *Des.* et in pristinum statum restitueretur. [3585

II. *Inc.* Vir quidam honestus, cuius nomen Theodoricus — *Des.* et s. G-o se commendans. [3586

III. *Inc.* Magister Iohannes decanus Aquensis — *Des.* de eadem infirmitate citius convaluit. [3587

IV. *Inc.* Anno Dñi MCCCXXXVIII civitas Pataviensis — *Des.* subito fuerint liberati. [3588

V. *Inc.* Scire volentibus... Honorabilem virum abbatem in Dokinge — *Des.* in dedicatione videlicetipsius ecclesiae. [3589

Browerus, l. c. 78-81; || Surius, V (1618), 75-76; || *Act. SS.* t. c. 529-30; 3ª ed. 534-35; || Mabillon, t. c. 444-46; 2ª ed. 392-94; || Leibnitius, t. c. 515-517; || Tentzelius, t. c. 114-19; || *P.L.* t. c. 1225-30; || Pertz, t. c. 650-52.

Exc. (pars III) *Vita bb. patris Godehardi* (Lipsiae, 1518), sign. E.ij.

Cum desit harum narrationum editio critica, omnesque posteriores ex Broweriana manaverint, de huius libelli, — si vere libellus dici debet, — natura nihil definire volumus, donec exemplar eius manuscriptum reppererimus. Certe videtur pars I libello **5** adiungenda esse; partes II et IV ex Vita **7** ad verbum exscriptae sunt (vid. edit. Lipsiensem anni 1518, sign. F.4ᵛ et G.ij); pars III est ipsum caput 7 libri octavi *Miraculorum* auct. Caesario Heisterbacensi.

7. Vita et miracula (antiqua?). *Inc.* S. Godehardus de Bavaria genitus ab honestis — *Des.* subito fuerint liberati — *Epil.* Potest igitur meritis s. G-i devenire... reddantur digniores. Amen. [3590

Vita bb. patris Godehardi (Lipsiae, 1518), sign. E.ijᵛ-G.ijᵛ.

Exc. Miraculorum, de quibus supra **6**, partes II et IV.

8. Epitomae.

Chronicon episc. Hildes. c. 14 (Leibnitius, t. c. 744; || Pertz, *MG.* Scr. VII. 852-53; || *P.L.* t. c. 1244-45). — Petrus de Nat. IV. 129. — *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 279ª-79ᶜ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 67-67ᵛ.

9. Carmen. *Inc.* Cuncta suis donis refovens qui cuncta creavit — *Des.* Sicque beata soloque poloque Deoque fruatur. [3591

Baecker (L. de), *Les Flamands de France* (Gand, 1850), 244; || Pertz, *MG.* Scr. XI. 221; || *Catal. Brux.* II. 264-65.

Godeleva v. m. Ghistellae, † 1070. — Iul. 6.

1. Vita auct. Drogone mon. *Inc. epist.* Dño Rabodoni... Tui nominis et tuae nobilitatis fama — *Inc.* B. igitur Godeleva in Boloniensi provincia — *Des.* cadit baculus, mulier sana domum redit. [3592

Act. SS. Iul. II. 402-9; 3ª ed. 404-10. — (**Mut.**) Surius, IV (1573), 111-13; (1579), 109-13; VII (1618), 115-17; VII (1877), 138-45; || *Act. SS.* t. c. 409-413; 3ª ed. 411-14.

2. Vita. *Inc. prol.* Godeleva v. Deo cara de illustri prosapia ex ter-

ritorio Boloniensi — *Inc.* B. igitur Godeleva puellaribus sub annis — *Des.* decenti illius venerationi loco collocavit, ad laudem... [3593

Act. SS. t. c. 413-36; 3ª ed. 414-36.

Godo ab. Augiensis seu Oyensis in dioec. Trecensi, saec. VII. — Mai 26.

1. VITA. *Inc.* Gloriosus igitur conf. Dñi Godo ante saecularia tempora praeelectus — *Des.* annuales reditus ordinavit illis. [3594

Act. SS. Mai VI. 444-45; 3ª ed. 440-41.

2. VITA. *Inc.* Gloriosus Dñi conf. Godo ante saecularia divinae maiestatis — *Des.* Sic hoc celebri miraculo apud omnes populos... [3595

MARTENE et DURAND, *Vet. scr. ampl. coll.* VI. 795-804.

Godricus erem. Finchalae in Anglia, † 1170. — Mai 21.

1. VITA AUCT. REGINALDO MON. DUNELMENSI. **a.** (PRIMA RECENSIO). *Inc. prol.* Virtutes et vitam bb. heremitae Godrici de Finchale... [3596

Exc. (index capitulorum et prologus) [STEVENSON (I.)], *Libellus de vita et miraculis S. Godrici, heremitae de Finchale* ... (SURTEES SOCIETY, XX, 1847), XXVIII-XXXIV; cf. IX-X.

b. (ALTERA RECENSIO). **I.** VITA. *Inc. prol.* Cunctorum animos novitas aliqua succendit — *Inc.* Tactu digiti Spiritus sancti — *Des.* cum exsultatione ducatur eius regnaturus in patria, cui est honor... [3597

II. MIRACULA. *Inc. prol.* Hactenus de capitulis omnibus magni voluminis illius — *Inc.* Instante vigilia S. Iohannis convenit ad s. Godrici sepulcrum — *Des.* et quid ei... pietas divina fecisset, ostendit. [3598

Exc. STEVENSON, t. c. 17-332 (Vita) et 372-471 (Miracula) in infimis pagellis; cf. ibid. X-XI, XXXIV-V. — Vereor equidem ne erraverit Stevenson, atque haec recensio **b**, quam recensione **c** antiquiorem existimat, sit mera eiusdem epitome. Quod ex prologo in miracula constare videtur.

c. (TERTIA RECENSIO). **I.** VITA. *Inc. epist.* Sacri pontificatus honore praedito dño et patri Hugoni... Cum ceteri per Angliam episcopi — *Inc. argumentum.* Aulam ecclesiae qui incolimus — *Inc. prol. ut in* b. — *Inc. ut* b. — *Des.* Dñm videre mereamur in regno spirituum beatorum, cui honor... [3599

STEVENSON, t. c. 1-332.

II. APPENDIX. *Inc. prol.* Ne lectoris animo in hoc opusculo poneretur offendiculum — *Inc.* Quidam adolescens aetate, sed tamen maturus — *Des.* et de Eboraco venientes plures hoc verum fuisse sacramentis affirmaverunt. [3600

STEVENSON, t. c. 333-70.

III. MIRACULA. *Inc. prol.* Defuncto viro Dei G-o, virtutum opera —

Inc. Instante vigilia s. Iohannis Baptistae, praecursoris Dñi, confluxere in Finchale — *Des.* omnibus applaudentibus sibi remeabant. [3601

Stevenson, t. c. 371-481.

2. Vita auct. Galfrido mon. Dunelmensi. *Inc. prol.* Dilectis in Christo dñis Thomae priori... Petit a me, immo compellit me caritas vestra — *Inc.* Reginaldus. Venerabilis conf. Dñi G. ex provincia, quae Northfolc dicitur — *Des.* feria v, octava die ascensionis Dñi. Cuius merita... [3602

Act. SS. Mai V. 70-85. — **Var. lect.** Stevenson, t. c. xxi-xxvii.
Exc. Stevenson, t. c. xvii-xix.

3. Vita. *Inc.* Pater s. Godrici dictus est Ailwardus — *Des.* et magister ille discipulis suis visionem in crastino propalavit. [3603

Capgravius, f. 157ᵛ-67.

4. Rhythmus. *Inc.* Ada mundi qui elegit, hic G-um praeelegit — *Des.* ubi locus iugis vita tecum claros gloria. [3604

Stevenson, t. c. xxxvii-xl.

Godscalcus ep. Novariensis. — Aug. 7.

Vita. *Inc.* B. Godscalcus Yporregiensis regionis ex parte quae vicina Alpium — *Des.* lambere s. episcopi pedes affectuose coepit. [3605

Exc. *Anecdota Ioh. Gielemans*, 21-22.

Goericus seu **Abbo** ep. Mettensis, † 642/643. — Sept. 19.

1. Vita. *Inc.* S. igitur ac ven. Goericus vir in Deo — *Des.* α) et febricitantes pristinae sanitati restituti. In omnibus et per omnia... [3606

vel β) restituti. Post multa vero annorum curricula Deodericus... felicissimum praeparavit. In omnibus et per omnia... [3607

Act. SS. Sept. VI. 48-54. — De clausulis α et β cf. ibid. 455, annot. *o*; *Catal. Paris.* I. 473, 104° etc.

2. Epitomae.

a. Vinc. Bellov. xxiv. 74; || Surius, VII (1581), 707; V (1580), 342; IX (1618), 203-4; IX (1878), 466-68 (paucis resectis); || *Act. SS.* t. c. 47 (item).

b. Petrus de Nat. viii. 94.

Goeznoveus ab. in Britannia Armorica, saec. VI. — Oct. 25.

1. Vita auct. Guillelmo presb. Leonensi. *Inc.* Ven. dño et patri in Christo Eudoni ep... Legimus in Ystoria Britanica quod, cum Britani sub Bruto et Corineo — *Des.*... [3608

Exc. La Borderie (A. de), *L'Historia Britonum attribuée à Nennius et l'Historia Britannica* ... (Paris, 1883), 91-94. — Id. *Hist. de Bretagne*, I (1896), 397, not. 3; II (1898), 525-26.

2. Epitome. B. Goeznoveus, ex liberiore genere Britonum exortus — *Des.* refici multotiens exigebant. [3609

Act. SS. Oct. XI. 691.

Gohardus. *Vid.* Gunhardus.

Golvenus ep. Leonensis, saec. VI. — Iul. I.

Vita. *Inc.* Glaudanus, relictis Britonibus transmarinis — *Des.* Obiit autem s. G. kal. iul., annis ab inc. elapsis circiter 600, regnante... [3610

La Borderie (A. de), *S. Goulven*, in Mémoires de la Société d'Émulation des Côtes-du-Nord, XXIX (1892), 216-28.

Gom... Gon... *Vid.* Gum... Gun...

Gonerius erem. in Britannia Armorica, saec. VI. — Iul. 18.

Vita. *Inc.* Eodem tempore, quo s. G., cuius diem ss. migrationis — *Des.* ecclesiasticae sepulturae XV die kal. aug., regnante... Amen. [3611

Lucas (Y.-M.), in *Revue historique de l'Ouest*, IV (1888), Documents, 10-15. — **Emendationes.** La Borderie (A. de), *ibid.* 255-56.

Gordianus et Epimachus mm. Romae, sub Iuliano.

1. Passio. *Inc.* Tempore Iuliani impiissimi imp. divulgati sunt — *Des.* α) ubi iam pridem s. Epimachum sepelierant. In quo etiam loco beneficia eorum ac virtutes... Amen. [3612

vel β) ubi... sepelierant. Hic Epimachus apud Alexandriam... Cuius reliquiae... Et a fidelibus... In quo etiam loco... Dies autem... [3613

Mombritius, I. 336-37; || *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 449b-50b; || *id.* (Lovan. 1485), f. 295v-97; || *Act. SS.* Mai II. 552-53; 3a ed. 551-52. — (**Mut.**) Surius, III (1572), 151-52; (1579), 198-99; V (1618), 131-32; V (1876), 303-6. — Ubique clausula α.

De clausula β cf. *Anal. Boll.* I. 508, 10°; tum etiam *Act. SS.* t. c. 552 (3a ed. 550), n. 4; *Catal. Brux.* II. 317, 12°, etc.

2. Epitomae.

Ado, 10 mai. — Vinc. Bellov. xv. 37. — Petrus de Nat. iv. 149.

Gorgonius et Dorotheus mm. Nicomediae, sub Diocletiano. — Sept. 9.

1. Narratio Eusebii. *Inc.* Ante nostri temporis persecutionem — *Des.* universa paene gregis sui multitudo prosequitur. [3614

* Eusebius, *Hist. eccl.* interprete Rufino, lib. VIII, c. 1 et pars prior c. 6. — Cf. *Catal. Paris.* I. 562, 7°; *Anal. Boll.* XI. 219, 8°.

2. Passio. *Inc.* Passio beatorum... Horum prior D. magister — *Des.* Compleverunt autem martyrium suum V id. sept. [3615

Ado, 9 sept.; || *Anal. Boll.* XVIII. 14-15.

3. Passio auct. Adelberto ep. I. *Inc. epist. Adelberti ad Milonem.* Dño Miloni... Suavissima vobis s. caritatis adiunctione conexus... [3616

Kolberg (A.), *Ein Brief des hl. Adalbert von Prag* ... (1897), 4-5 (= Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands, XI. 491-92); || Voigt (H. G.), *Adalbert von Prag* (1898), 345-50; || Krásl (F.) a Ježek (J.), *Sv. Vojtěch* (v Praze, 1898), 257-58; || *Anal. Boll.* XVIII. 6-7.

II. Passio. *Inc. prol.* Magnum summopere studium in perquirendis sanctorum passionibus — *Inc.* Diocletiano igitur in rebus publicis agente — *Des.* quanti meriti martyrium eorum apud divinam clementiam exsistat — *Inc. epil. de translationibus.* Interiectis dehinc aliquot annorum curriculis — *Des.* α) ecclesiae Mindonensi patrocinatur. Ubi subvenientibus... — *vel* β) e. M. patrocinatur, regnante... [3617

Act. SS. Sept. III. 340-42; || Voigt, t. c. 350-52 (prol. et epil.) et 352-58 (Passio); || Krásl a Ježek, t. c. 258-59 (prol. et epil.) et 260-65 (Passio). — Var. lec. (locus in cap. 10 Passionis interpolatus) *Catal. Brux.* I. 281-82, 6°. Exc. Kolberg, *Ein Brief* ... 5-6, 8-9 (= Zeitschrift, t. c. 492-93, 495-96).

III. Epistula Milonis ep. Mindonensis ad Gorzienses. *Inc.* S. Gorziensis ecclesiae ven. abbati Immoni... Quod me quidem olim vestrae regionis fines ingressum... [3618

Mabillon, *Acta,* III, 2. 204-5 (2ª ed. 184-85), n. 3; || Id. *Annales,* III. 652 (2ª ed. 605-6), n. 77; || Kolberg, *Ein Brief* ..., 6-7 (= Zeitschrift, t. c. 493-494); || Voigt, t. c. 349-50, in not.; || Krásl a Ježek, t. c. 266-67; || *Anal. Boll.* XVIII. 17-19.

Exc. *Act. SS.* Febr. III. 688 (3ª ed. 693), n. 15. — Lager, in *Studien und Mittheilungen aus dem Bened.- und dem Cist.-Orden,* VIII (1887), 343, not. — Finke (H.), in *Zeitschrift für vaterländische Geschichte,* XLVII (Münster, 1889), 210-11.

4. Passio (Gorgonii). *Inc.* Cum Maximianus imp. apud Nicomediam degeret civitatem — *Des.* inter duos lauros, via Lavicana. Commendet nos suis precibus... [3619

De qua *Act. SS.* Sept. III. 329, n. 6-8.

5. Laudatio. *Inc.* Salvatoris omnipotentia, ff. dd., recte a fidelibus — *Des.* quo totum possideret perpetuum. Et nos, ff., veri efficiamur bb. patris nostri Gorgonii imitatores... [3620

De qua *Catal. Paris.* II. 498, 4°.

6. Epitomae.

*Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam,* ix. 5 (*P.L.* CXXXV. 749). — Vinc. Bellov. xiii. 20. — *Leg. aurea,* c. 135 (128); || Mombritius, I. 340. — Petrus de Nat. viii. 55.

7. Gorgonii translatio Gorziam an. 764/765 et miracula (adscripta Iohanni ab. Gorziensi). *Inc. prol.* Descripturus miracula patroni nostri b. G-i, quae visu — *Inc.* Aggrediar ergo... Temporibus Childerici regis

exstitit quidam — *Des.* qui ab initio mundi creati sunt; ad quos nos citius perducere dignetur... [3621

MABILLON, *Acta*, III, 2. 206-17; 2ª ed. 186-95; || *Act. SS.* t. c. 343-54; || PERTZ, *MG.* Scr. IV. 238-47.
Exc. BOUQUET, IX. 122-23.

Gorgonius et soc. mm. Sebaste. *Vid.* **Sebasteni** (martyres).

Gorgonius m. cultus Turonibus (idem ac Sebastenus ?) — Mart. 11.

TRANSLATIO IN MAIUS MONASTERIUM AN. 846. *Inc. prol.* Plerique ad scribenda gesta priscorum — *Inc.* Anno igitur inc. Dñi N. I. C. DCCCXLVI... contigit ut Rainaldus — *Des.* Quamvis sit nobis incognitum quomodo corpora sanctorum 40 mm. Romae sunt delata... [3622

Act. SS. Mart. II. 56-59; 3ª ed. 55-58; || MABILLON, *Acta*, IV, 1. 592-96; 2ª ed. 560-64.

Goslinus ab. S. Solutoris prope Taurinum, † 1061. — Febr. 12.

INVENTIO AN. 1472 ET MIRACULA. *Inc.* Clementissimus Deus, qui in omni bono opere — *Des.* et publicam notam recepisse. Anno, die, quo supra, in episcopali palatio. [3623

Act. SS. Febr. II. 632-38.
Exc. MABILLON, *Acta*, VI, 2. 140-42; 2ª ed. 147-49.

Goswinus puer m. — Mai 28.

PASSIO. *Inc.* Sanctus Dei Goswinus cum esset infans — *Des.* in civitate Sapreni translatum est. Martyrizatus est... [3624

Anecdota Ioh. Gielemans, 22-27.

Goswinus ab. Aquicinctinus, † 1166. — Oct. 9.

1. VITA (ADSCRIPTA ALEXANDRO AB. AQUIC.), libris 2. *Inc. prol.* Suo suus seipsum. Quia talis a me crederis, ut de secretis meis nihil — *Inc.* Magni futurus apud homines nominis — *Des.* quem vivens amplius amasse putabatur. [3625

GIBBONUS (R.), *B. Goswini vita* (Duaci, 1620), 1-189.
Exc. *Act. SS.* Mart. II. 752; 3ª ed. 942. — *Ibid.* Oct. IV. 1085-93 passim, nempe n. 2, 3, 5-8, 14-22, 24, 26, 28-31, 34-39. — BOUQUET, XIV. 442-48.

2. VITA. *Inc. epist.* (*ad W. priorem Hisdiniensis ecclesiae*). Vilius argentum... Principatum amoris — *Inc. prol.* Illustrium virorum vitas memoriae litterarum — *Inc.* Dñs igitur G. cum adhuc esset in saeculo — *Des.* in cuius nomine et honore ipsa ecclesia fundata est. [3626

GIBBONUS, t. c. 193-259.
Exc. *Act. SS.* Oct. IV. 1085-92, n. 2, 5, 27, 29, 31-34.

Gothalmus conf. cultus Mellicii in Austria, † cca. 1020. — Iul. 26.

Vita auct. Bernhardo Dapifero. *Inc. prol.* Ego Bernhardus professus Medlicensis coenobii mon. — *Inc.* Cum bb. Christi m. Cholomannus patriam — *Des.* dicto Dapifero, pro dolor, absente. [3627

Lambecius, *Comment. de bibl. Vindob.* II. 618-21; || Kollarius, *Anal. Vindob.* I. 856-60; || Pez, *Scr. rer. austr.* I. 110-12; || *Act. SS.* Iul. VI. 339-340; || Hueber (Ph.), *Austria ex archivis Mellicensibus illustrata* (Viennae 1743), 303-5.

Exc. Schramb (A.), *Chronicon Mellicense* (1702), 35-36, 251.

Gothardus, Gothehardus. *Vid.* **Godehardus.**

Grata vid. Bergomi, saec. IV (?). — Sept. 4.

1. Vita et translatio auct. Pinamonte Peregrino de Brembate. *Inc. prol.* Omnipotentis Dei filiis... Antiquorum sollertia — *Inc.* Anno igitur Dñi ccxcix, praesidente Dei ecclesiae in urbe Roma b. Marcello — *Des.* pro me misero peccatore fr. Pinimonte orare dignentur. Orate, inquit b. Iacobus... [3628

Act. SS. Sept. II. 241-51.

2. Epitome.

Iac. Philippus Bergomensis, c. 111.

Gratianus m. in agro Ambianensi. — Oct. 23.

Miraculum (Sermo de corylo). *Inc.* Celebrantes hodie, ff. cc., b. G-i praeclara sollemnia — *Inc.* Est igitur in Ambianensi pago brevis ambitu — *Des.* me vidente, comedit. [3629

Mabillon, *Annales*, V. 694-96 et (finis) 619-20; 2ª ed. 659-61 et 583.
Exc. *Act. SS.* Oct. X. 20-22, n. 8-11 et 7.

Gratianus et Felinus. *Vid.* **Gratinianus.**

Gratilianus et Felicissima mm. Faleriae in Tuscia, sub Claudio (?). — Aug. 12.

Passio. a. *Inc.* In eo tempore quo Claudius caesar per omnem orbem terrarum — *Des.* Parentes vero eius dum vidissent quod completum erat id quod filius suus in visione dixerat... [3630

Pennazzi (S. A.), *Vita del glorioso S. Eutizio* (Montefiascone, 1721), 342-349; || *Act. SS.* Aug. II. 728-30; || Assemani (I. S.), *De SS. Ferentinis in Tuscia Bonifacio* etc. (Romae, 1745), 175-81; || Germano di S. Stanislao, *Memorie archeologiche e critiche sopra gli atti e il cimitero di S. Eutizio di Ferento* (Roma, 1886), 226-59.

b. *Inc.* Tempore (*al.* Eodem tempore) quo *etc. ut* a. — *Des.* Parentes vero eius dum vidissent quia impletum est quod eis per visionem dictum fuerat... [3631

De qua *Act. SS.* t. c. 728, n. 14 (ms. apud Olivetanos Neapoli; ms. S. Maximini Trev.).

c. *Inc.* Claudius Caesar per orbem terrarum — *Des.* Parentes vero s. G-i cum vidissent impletum quod per visionem audierant... [3632

De qua *Catal. Brux.* II. 295, 92°.

Gratinianus et Felinus mm. Perusii, sub Decio. — Iun. 1.

1. Passio. *Inc. prol.* Ss. martyrum G-i scilicet et F-i passiones... scripturi — *Inc.* Cum igitur Decius caesar Romani imperii monarchiam — *Des.* liber vitae in caelis scripta continet. Passi sunt... [3633

Act. SS. Iun. I. 25-30; || Zaccaria (F. A.), *De' ss. mm. Fedele, Carpoforo, Gratiniano e Felino* (Milano, 1750), 62-82.

2. Translatio. *Inc.* Multorum itaque annorum labente curriculo — *Des.* ubi usque hodie illorum clarent miracula. Quorum patrociniis... Actum anno dñicae inc. DCCCCLXIII... [3634

Act. SS. t. c. 23-24, n. 5; cf. n. 3; || Zaccaria, t. c. 85-86.

Gratus ep. Augustae Praetoriae, saec. V extr. — Sept. 7.

Vita.

Exc. (narratio de translatione capitis S. Iohannis Baptistae) *Act. SS.* Iun. IV. 762 (3ª ed. V. 654), n. 269-74.

Gratus ep. Cabillonensis, saec. VII med. — Oct. 8.

Vita. *Inc.* Sub temporis illius spatio, quo bonae memoriae pontifex Cabilonensis Gebderinus — *Des.* dum a Ludovici Balbi gloriosissimi Francorum regis a se facta rediret consecratione... [3635

Perry (C.), *Hist. de Chalon-sur-Saône* (1659), preuves, 23-25; || [Cusset (P.)], *L'illustre Orbandale ou l'histoire ecclésiastique de Chalon sur Saône*, II (1662), append.: Vies de quelques saincts, 18-21; || *Act. SS.* Oct. IV. 286-88; 3ª ed. 286-87.

Gregorius I papa dictus Magnus, † 604. — Mart. 12.

1. Vita. *Inc.* Gregorius natione Romanus, ex patre Gordiano... [3636

* *Lib. pont.* (ed. Duchesne, I. 312; || ed. Mommsen, 161-62).

2. Vita. *Inc. prol.* Cum suos sancta per orbem ecclesia catholica — *Inc.* Fuit igitur iste natione Romanus, ex patre Gordiano — *Des.* Cuius corporis et sanguinis secreta nobis initiavit sacramenta... [3637

Exc. Ewald (P.), *Die älteste Biographie Gregors I*, in Historische Aufsaetze dem Andenken an G. Waitz gewidmet (Hannover, 1886), 47-54; cf. etiam 27-28.

3. Vita. *Inc.* His temporibus, id est anno dñicae inc. DCV... Erat autem natione Romanus, a patre Gordiano — *Des.* suis exhortationibus ac precibus adiuvans. [3638

*Beda, *Hist. eccl.* II. 1.

4. Vita auct. Paulo diac. **a.** *Inc.* Gregorius urbe Romulea (*al.* urbe Roma, *al.* in u. Roma) patre Gordiano editus — *Des.* facilius poterat haec etiam ipse promereri. — *Inc. epil.* Haec breviter de vita vel actibus — *Des.* Sepultus vero est in ecclesia B. Petri... [3639

Grisar (H.), in *Zeitschrift für katholische Theologie,* XI (1887), 162-73.

b. (interpolata). *Inc.* Gregorius hac urbe Romana (*al.* in h. u. Romana, *al.* urbe Roma) patre — *Des.* Cuius dolore... defunctus est. — *Inc. et des. epil. ut in* 4 a. [3640

Mombritius, I. 328-32^{v}; || *Act. SS.* Mart. II. 130-37; 3^{a} ed. 130-36; || Mabillon, *Acta,* I. 386-97; 2^{a} ed. 379-89; || *Gregorii Magni opera,* ed. P. Gussanvillaeus (Paris. 1675), I. 1-9; || *id.* ed. Maurin. IV. 1-16; || *P.L.* LXXV. 41-59.

5. Vita auct. Iohanne diac. **a.** (libris 4). *Inc. prol.* Bb. ac felicissimo dño Iohanni... Nuper ad vigilias b. G-i — *Inc. lib. I.* Gregorius genere Romanus, arte philosophus — *Des. lib. IV.* Saltem verba, quae valeo, minime denegasse cognoscar. [3641

Inc. carmen. Suscipe Romuleos, pastor venerande, triumphos — *Des.* Da mihi sub pedibus posse iacere tuis. [3642

Lipomanus, IV, *f.* 59^{v}-148^{v}; || Surius, II (1571), 95-205; (1578), 137-241; III (1618), 100-158; III (1875), 121-252; || *Act. SS.* t. c. 137-210; 3^{a} ed. 136-208; || Mabillon, t. c. 398-496; 2^{a} ed. 389-484; || *Gregorii Magni opera,* ed. Gussanvillaeus, I. 11-112 (deest carmen); || *id.* ed. Maurin. IV. 19-188; || *P.L.* t. c. 59-242. — Carmen in *Act. SS.* post Vitam, in ceteris edit. ante Vitam legitur.

Exc. Caietanus (C.), *De S. Gregorii Magni ... monachatu benedictino* (Salisburgi, 1620), 3-6 et postea passim. — Bouquet, III. 473-74; V. 445.

b. (epitome). *Inc. ut lib. I Vitae* 5 a. — *Des.* inter verba verae confessionis spiritum coram omnibus emisit. [3643

Canisius, *Ant. lect.* VI, 1. 461-73; ed. Basnage, II, 3. 256-62.

6. Carmen auct. Flodoardo. *Inc.* Inclita Gregorii subeunt hinc culmina, caulis — *Des.* querulae tutela catervae. [3644

*Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam,* x. 14-25 (*P.L.* CXXXV. 773-86).

7. Vita. *Inc.* B. Gregorius qui fuit praesul s. romanae ecclesiae, antequam fieret patriarcha, erat monachus — *Des.* Fiat autem omnibus nobis tam legentibus quam audientibus... Amen. [3645

De qua *Catal. Brux.* I. 9, 20°; ast perperam h. l. scriptum est hanc Vitam in *P.L.* LXXXV (lege LXXV), 496-98 esse editam. Quae enim non solum ibi, sed et apud Lipomanum, VII. f. 12^{v}-13, et saepe in capite *Operum*

Gregorii (ed. Maurin. IV. 194-96) impressa est, ea est recens versio latina Vitae graecae, cuius antiquam versionem in codice Bruxellensi 64 (vid. *Catal. Brux.* l. c.) reperire est.

8. Epitomae. **a.** *Inc. prol.* Gregorius dicitur a grex — *Inc.* Gregorius senatoria stirpe progenitus — *Des.* relicto lumine abierunt. [3646

Leg. aurea, c. 46.

b. Petrus de Nat. III. 192.

9. Translatio Suessiones an. 826 et Miracula saec. IX-XI. *Vid.* **Sebastianus**, 4, 5.

10. Visio Taionis ep. (De inventione librorum Moralium S. Gregorii). **a.** *Inc.* B. Gregorius papa librum b. Iob, petente S. Leandro — *Des.* Hanc visionem... praescribi instituit. [3647

**Gregorii Magni opera*, ante libros Moralium (ed. Maurin. I. XXI-XXII; || *P.L.* LXXV. 507-10).

b. *Inc.* Chindasvindus Gothorum rex in Toletanam urbem — *Des.* qui ante despicabatur ut ignavus. [3648

Loaisa (G.), *Collectio conciliorum Hispaniae* (Madriti, 1593), 414-15; || Baronius, *Annales*, an. 649, LXXXI-II; || Aguirre (I. S. de), *Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae*, II (1694), 528-29; 2ª ed. III (1753), 427-428; || saepe in * *Collectionibus omnium conciliorum*, in notis ad concilium Toletanum VII, an. 646 (Mansi, X. 773-74); || *P.L.* LXXX. 989-90.

11. Fabulae " de Gregorio peccatore „. **a.** *Inc. prol.* Gratia potentis, quae cunctarum moderatur — *Inc.* Rex recto ritu regendo regna tenebat — *Des.* Mater salvatur, Gregorius almificatur. [3649

Schmeller (J. A.), in *Zeitschrift für deutsches Alterthum*, II (1842), 487-500.

b. *Inc.* (*mutila*) sic loca venustissima caede vastant maxima — *Des.* ut praepararent se diluculo | [3650

Leo (H.), in *Blätter für literarische Unterhaltung*, 1837, II. 1431-32; || Grimm (Jac.) und Schmeller (A.), *Lateinische Gedichte des X. und XI. Jh.* (Göttingen, 1838), XLV-XLVI.

c. *Inc.* Marcus regnavit prudens valde, qui tantum unicum filium — *Des.* et infra pauca tempora ambo animas Deo reddiderunt — *Sequitur " Moralizacio „, quae inc.* Carissimi, iste imp... [3651

**Gesta Romanorum*, c. 81, al. 73 (ed. H. Oesterley, 399-409).

Gregorius II papa, † 731. — Febr. 13.

**Lib. pont.* (ed. Duchesne, I. 396-410). — *Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, XI. 5 (*P.L.* CXXXV. 793-96). — Petrus de Nat. X. 117.

Gregorius III papa, † 741. — Nov. 28.

**Lib. pont.* (ed. Duchesne, I. 415-21). — *Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, XI. 5 (*P.L.* CXXXV. 796-98). — Petrus de Nat. X. 118.

Gregorius VII papa, † 1085. — Mai 25.

Libellos pro Hildebrando vel contra eundem in controversia praesertim de investitura conscriptos, quamvis ad Gregorii VII historiam nonnulla passim praebeant, recensere huius loci non erat. Eosdem collectos optimeque editos invenire est in *MG.*, Libelli de lite imperatorum et pontificum. Vid. praesertim I. 532-67, 571-620; II. 184-284, 369-403; III. 325-29.

1. Vita auct. Paulo Bernriedensi. *Inc.* Igitur Gregorius VII, super quem vere primi Gregorii requievit spiritus — *Des.* quousque cleri populique spectaculum fierent. [3652

Gretserus (I.), *Commentarius Pauli Bernriedensis, antiqui scriptoris, de vita Gregorii VII* (Ingolstadii, 1610), 19-254; || *Act. SS.* Mai VI. 113-43; 3ª ed. 112-41; || Mabillon, *Acta*, VI, 2. 407-59; 2ª ed. 410-60; || Muratori, *Scr. rer. ital.* III, 1. 317-51; || *Gretseri opera omnia*, VI. 127-63; || Watterich, *Pont. Rom. Vitae*, I. 474-546 (**var. lect.** 752-53); || *P.L.* CXLVIII. 39-104; || *Gregorii VII epistolae et diplomata* (Paris. 1877), I. 3-66.

2. Vita (adscripta Pandulfo vel Petro Pisano). *Inc.* Gregorius, qui vocatur Ildebrandus, natione Tuscus, de oppido Raouaco — *Des.* animam reddidit viii kal. iun. [3653

Act. SS. t. c. 154-58; 3ª ed. 153-57 (omisso initio); || Muratori, t. c. 304-313; || Watterich, t. c. 293-308; || *P.L.* t. c. 129-40 (omisso initio ut in *Act. SS.*); || Duchesne (L.), *Le Liber pontificalis*, II. 282-90.

3. Vita auct. Bosone. *Inc.* Gregorius VII natione Tuscus, patria Suanensis, oppido Rovaco — *Des.* miracula dignatus est operari. [3654

Act. SS. t. c. 148-54; 3ª ed. 146-52; || *P.L.* t. c. 113-28; || Watterich, t. c. 308-43 (**var. lect.** 750-51); || Horoy, *Medii aevi bibliotheca patristica*, I (1879), 571-92; || Duchesne, t. c. 360-68. — Exscripta est haec Vita, nonnullis mutatis, ex * Bonizonis ep. Sutrini *Libro ad amicum*, vii (*MG.* Libelli de lite, I. 601 sqq.).

Exc. (ex recensione Nicolai card. de Aragonia) Muratori, t. c. 304-13 in notis.

4. Narrationes de morte Gregorii. **a.** (in codice Udalrici). *Inc.* Piae memoriae dñus G. papa VII cum apud Salernum — *Des.* propterea morior in exsilio. [3655

Eccard, *Corpus hist. med. aevi*, II. 176; || Waitz (G.), in *MG.* Scr. V. 563, not. 59; || Jaffé (Ph.), *Mon. Bambergensia* (Bibl. rer. Germ. V), 143-44.

b. *Inc.* Volumus vos scire, qui ecclesiasticae curae — *Des.* et amicos Heinrici ascendere. Teste Moguntino archiepiscopo. [3656

Waitz, in *MG.* Scr. V. 563, l. 16-27; || Pertz, *MG.* Scr. VIII. 170-71, not. *.

c. *Inc.* Episcopus Augustidunensis post biennium rediens — *Des.* modicae quam habebat substantiae. [3657

Waitz, in *Archivo* Pertzii, VII. 220-21; || Id. in *MG.* Scr. V. 563, not. 58.— (**Mut.**) Mabillon, *Annales*, V. 214; 2ª ed. 200.

Gregorius X papa, † 1276. — Ian. 10.

1. Vita. *Inc. prol.* Gesta virorum fortium — *Inc.* Sane fuit ado-

lescens, Tedaldus nomine — *Des.* salutiferum munus percepisse cognoscimus et fatemur. Amen. [3658

Campi (P. M.), *Dell' historia ecclesiastica di Piacenza*, II (1651), 343-49; || Muratori, *Rer. ital. scr.* III, 1. 599-605.

2. Vita auct. Ptolomaeo de Luca. *Inc.* Anno Dñi mcclxxi Gregorius X in cathedra Petri — *Des.* Hanc autem visionem ego audivi... cum quadam laetitia. [3659

Ptolomaeus Luc. *Hist. eccl.* xxiii. 1-16 (Muratori, op. c. XI. 1165-73).

3. Vita (ex Bernardi Guidonis *Flor. chron.*). *Inc.* Gregorius X, natione Lombardus, de Placentia civitate fuit electus — *Des.* Vacavit autem sedes diebus 11. [3660

Muratori, t. c. 597-98.
Exc. Bouquet, XXI. 702-3.

4. Vita auct. Amalrico Augerio. *Inc.* Gregorius X, natione Lombardus, de Placentia civitate post dictum Clementem — *Des.* Deus ostendit plura et diversa miracula. [3661

Eccard, *Corp. hist. med. aevi*, II. 1784-86; || Muratori, op. c. III, 2. 424-26.

5. Vita (in continuatione Chronici Martini Poloni). *Inc.* Gregorius X, natione Lombardus, de civitate Placentia, sedit — *Des.* Mortuus est Arecii et sepultus ibidem. [3662

*Martini Chronicon (ed. L. Weiland, in *MG.* Scr. XXII. 442); || *Act. SS.* Propyl. Mai, Conatus chron.-hist. II. *56, n. 2; || Muratori, t. c. 598, not. 1; || Duchesne (L.), *Le Liber pontificalis*, II. 456-57.

6. Miracula. *Inc. praeambulum.* Apud Aretinam civitatem Tusciae depositio... — *Inc.* In nomine Dei aeterni. Amen. Anno Dñi mcclxxvi... infra scripta sunt miracula... Die martis... — *Des.* qui sibi plenos codices miraculorum praedicti bb. papae libenter ostendet. [3663

Campi, t. c. 486-88; || Bonucci (A. M.), *Istoria del pontifice ottimo massimo il B. Gregorio X* (Roma, 1711), appendix: " B. Gregorii papae decimi Placentini vitae, virtutum ac miraculorum relatio... " xlviii-liii.

Gregorius ep. Armeniae, † 325/330. — Sept. 30.

Vita. *Inc. prol.* Insignes Christi philosophos — *Inc.* Cum Persarum et Assyriorum regnum Artabanus — *Des.* plenus dierum ad Dñum in pace migravit. Cuius festum celebratur iv non. dec... [3664

Act. SS. Sept. VIII. 402-13; || Lagarde (P. de), *Onomastica sacra*, 2ª ed. (1887), 2-24.

Gregorius ep. Lingonensis, † 539/540. — Ian. 4.

1. Vita auct. Gregorio Turon. (*Vit. Patrum*, vii). *Inc. prol.* Egregiae sanctitatis viri — *Inc.* Igitur s. Gregorius ex senatoribus primis — *Des.* qui se virtutibus manifestis saepius declaravit. [3665

α) **Greg. Turon. opera* (ed. Ruinart, 1177-82; || *P.L.* LXXI. 1036-40; ||

ed. Krusch, 686-90); || Surius, I (1570), 108-10; (1576), 109-11; (1618), 59-60; (1875), 98-101.

β) *Act. SS.* Ian. I. 168-70 : recensio passim interpolata, quae *des.* : " fertur amica salus. Acta sunt haec pridie non. ian... " [3666

γ) Invenitur etiam (cf. *Catal. Paris.* I. 329, 3°) recensio magis interpolata, in qua nempe passim inserti sunt loci ex Greg. Turon. *Hist. Franc.* III. 15, 19; V. 5.

2. Epitomae.

Vinc. Bellov. XXII. 53; || Mombritius, I. 332v-33. — Petrus de Nat. VI. 45.

Gregorius Nazianzenus, ep. Cpolitanus, † 389/390. — Mai 9.

1. Vita auct. Gregorio presb. **a.** (interprete Ademaro lectore Beneventano). *Inc. prol. interpretis.* Annorum 903 a I. C. Dñi N. incarnatione serie iam devoluta — *Inc. prol.* Advocati igitur, o dd. ff., a summo pontifice nomine theologo, accedamus — *Inc.* Igitur patria b. G-i eximii conf., qui theologus cognominatus est, secunda Cappadocia fuit — *Des.* apparens quasi eruditissimus, cum esset miser deceptor animarum. [3667

Exc. (prol. interpretis) *Catal. Paris.* II. 226-27.

b. (interprete Ambrosio Traversari). *Inc. prol. interpretis.* Dño venerabili... Iuliano, Ambrosius. Vetus consuetudo est — *Inc. prol.* Invitat nos quidem, religiosissimi viri, G. ille eximius, cui a theologia cognomen fluxit — *Inc.* Patria illi secunda Cappadocum fuit — *Des.* Deo gratum esse quod illi iuxta vires offertur. [3668

Exc. (prol. interpretis) *Catal. Paris.* II. 487-88. — Cf. Bandinius, *Catal. cod. lat. bibl. Mediceae Laurentianae,* II. 816.

2. Epitomae.

Hieronymus, *De vir. ill.* 117. — Ado, 9 mai. — * Aldhelmus, *De laude virg.* 13 (*P.L.* LXXXIX. 251). — Petrus de Nat. II. 69.

Gregorius ep. Nicopolitanus in Armenia, cultus Pitiveri in Gallia, saec. XI in. — Mart. 16.

Vita. *Inc.* Macarius Gregorius Armeniorum Nicopolitanus archiep. morum probitate decorus — *Des.* putantes vivere, cognovimus. Laudetur inde summa... [3669

Saussayus (Car.), *Annales ecclesiae Aurelianensis* (1615), 749-70; || *Act. SS.* Mart. II. 462-64; 3ª ed. 457-59.

Exc. Bouquet, XI. 457.

Gregorius ep. Ostiensis, † 1044. — Mai 9.

Miracula auct. Aegidio Cabregensi. *Inc.* Anno Dñi MCCXCVIII armiger equitis cuiusdam Navarri — *Des.* elemosynam, quantamcumque potuit, ad ecclesiam misit. [3670

(Mut., ut videtur) Caietanus (C.), *SS. trium episcoporum... Isidori Hispa-*

lens., Ildefonsi Tolet., Gregorii card. Ost. vitae et actiones (Romae, 1606), 152-53; || Tamayo, *Mart. hisp.* III. 134-35; || *Act. SS.* Mai II. 466 (3ª ed. 464), n. 5-9.

Gregorius ab. Porcetensis, saec. X extr. — Nov. 4.

1. Vita. *Inc.* Cum divinae pietatis operante clementia — *Inc.* Igitur Ottonum tertio, caesarum augustissimo — *Des.* (*mutila*) nostri piissimi caesaris augendae saluti reservavit. [3671

Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XV. 1187-90; || *Act. SS.* Nov. II, 1. 463-66.

2. Vita. *Inc.* B. Gregorius magno secundum saeculi dignitatem — *Des.* adiuvari supplices deposcimus. Amen. [3672

Additamenta. **I.** *Inc.* Non longe post translationem b. G-i — *Des.* a Dño cottidie curantur, cui est honor... Amen. [3673

II. *Inc.* Item accidit, ut quaedam dña de Mosella — *Des.* praestitit obsequium servitutis. [3674

Act. SS. t. c. 467-77 (**var. lect.** *ibid.* 599).
Exc. Holder-Egger, t. c. 1191-99.

Gregorius, Theodorus et Leo conf. in insula Samo, † cca. 360. — Aug. 24.

1. Vita auct. Petro Calotio. *Inc.* Gregorius, Theodorus et Leo, orti in Oriente — *Des.* quo die pretiosas animas Deo dederunt. [3675

Act. SS. Aug. IV. 771-72; || Cornelius (Flam.), *Eccl. Venet. illustr.* XI. 323-27.

2. Epitome. *Inc.* Gr. Th. et Leo conf. tempore Constantii imp. — *Des.* apud Samum adhuc habetur. [3676

Petrus de Nat. vii. 106.

Gregorius presb. m. Spoleti, sub Diocletiano. — Dec. 24.

1. Passio. *Inc.* Temporibus Diocletiani et Maximiani imp. talis furor a sacrilegis exardescebat — *Des.* et rivum qui Sanguinarius appellatur iuxta muros civitatis... dícens : Mirabilis Deus... Ipsi honor... [3677

(**Mut.**) Surius, VI (1575), 951-53; (1581), 1051-53; XII (1618), 307-8; XII (1880), 394-97. — Verba genuina ex codd. exscripsimus.

2. Epitomae.

Ado, 24 dec. — * Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, viii. 12 (*P.L.* CXXXV. 737-40). — Vinc. Bellov. xiii. 54; || Mombritius, I. 341ᵛ. — *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 232ᶜ-33ª; || *id.* (Lovan. 1485), f. 8-8ᵛ. — Petrus de Nat. i. 88.

Gregorius thaumaturgus ep. Neocaesariensis, † cca. 270. — Nov. 17.

1. Vita auct. Gregorio ep. Nysseno. *Inc. prol.* Gregorius divina gratia Nisenae sedis ep... Gloriosa miracula et admirabilem vitam —

Inc. Igitur Gregoriùs Neocaesarea Ponti urbe genitus — *Des.* cum Atenodoro fratre suo mirabilis apparuit. Depositus est vero... [3678

Bibl. Casin. III. Floril. 168-79.

2. Laudatio adscripta eidem. *Inc.* Festivitatem hodiernam — *Des.* ad caelestia regna gloriosus migravit. Huius rei gratia... [3679

De qua *Anal. Boll.* XVII. 90.

3. Epitomae.

Hieronymus, *De vir. ill.* 65. — Ado, 3 iul. — Vinc. Bellov. xii. 80-82. — Petrus de Nat. vi. 44.

Gregorius ab. Traiectensis, † 775 (?). — Aug. 25.

1. Vita auct. S. Liudgero. *Inc. prol.* Sacrarum scripturarum praeceptis monemur — *Inc.* Est enim mihi sermo iste de dño Gregorio ab. — *Des.* migravit ad Dñm, cui tanto tempore sincera mente servivit, praestante... [3680

Browerus (Chr.), *Vita S. Gregori Ultraiectensis antistitis et ab.* (inter Sidera Germ., Moguntiae, 1616), 1-18; || Surius, VIII (1618), 277-83; || Mabillon, *Acta*, III, 2. 320-33; 2ª ed. 290-302; || *Act. SS.* Aug. V. 254-64; || *P.L.* XCIX. 752-70; || Paris (G.), *Disquisitio de Ludgero Frisiorum Saxonumque apostolo* (Amstelaedami, 1859), 158-82; || Holder-Egger (O.). in *MG.* Scr. XV. 66-79.

Exc. Serarius, *Rer. Mogunt.* 457-64, 514-17; *id.* ed. Ioannis, I. 286-89, 323. — *Act. SS.* Iun. I. 483-87; 3ª ed. 476-79. — Bouquet, III. 670.

2. Epitome. *Inc.* Cum s. Bonifatius Traiectensis ep. a Deo admonitus ad Hessos — *Des.* sincera mente servivit. Eius autem translatio... facta est. [3681

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 321ᵇ-21ᵈ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 119ᵛ-20ᵛ.

Gregorius ep. Turonensis, † 594. — Nov. 17.

1. Testimonium ipsius Gregorii.

*Greg. Turon. *Hist. Franc.* x. 31.

2. Vita. *Inc. prol.* Omnium quidem sanctorum iure memoria veneratur — *Inc.* Gregorius celtico Galliarum tractu fuit exortus — *Des.* Martino iunctus in caelo consummaret, praestante... [3682

Clichtoveus (Hier.), *Sulpicii Severi de vita divi Martini*, etc. (Paris. 1511), f. 71-77: || Lipomanus, III, f. 137-43; || Surius, VI (1575), 378-87; (1581), 419-27; XI (1618), 376-80; || *Greg. Turon. opera*, ed. Ruinart, in initio, sign. zᵛ-bbᵛ; || Bouquet, II. 129-35; || *P.L.* LXXI. 115-28; || Bordier, *Les Livres des miracles de Grégoire de Tours*, IV. 212-33.

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. xxii. 124, 125. — Petrus de Nat. x. 72.

Gregorius a Veruculo, Ord. Erem. S. Augustini, † 1343. — Mai 4.

VITAE EPITOME. *Inc.* Notum sit igitur b. G-um oriundum esse ex terra Veruculi — *Des.* non repetam. [3683

Act. SS. Mai I. 535-36; 3ª ed. 541-42.

Grimbaldus ab. Wintoniensis, † 903. — Iul. 8.

CAPGRAVIUS, f. 167; || *Act. SS.* Iul. II. 651, n. 3.

Gua... *Vid.* **Wa...**

Gudila v. culta Bruxellis, saec. VII. — Ian. 8.

1. VITA AUCT. HUBERTO. *Inc. prol.* Dilectissimo fratri Alberto... Attulisti ad nos nuperrime quaternium — *Inc.* B. igitur Gudila v. dignissimum habuit ortum — *Des.* (*mutila*) nepotis, de quo praelocuti sumus, ducis Karoli. [3684

Act. SS. Ian. I. 514-23; || *Act. SS. Belgii*, V. 689-715.
EXC. HOLDER-EGGER (O.), in *MG.* Scr. XV. 1200-3.

2. VITA. **a.** *Inc.* Igitur Sigiberti regis temporibus, qui fuit Dagoberti regis filius, exstitit quidam comes Witgerus — *Des.* quae me scribentem et te, christiane, respiciat legentem. Amen. [3685

SURIUS, I (1570), 162-71; (1576), 167-76; (1618), 121-26; II (1875), 561-72; || *Act. SS.* t. c. 524-30; || *Act. SS. Belgii*, V. 716-34.
EXC. DUCHESNE, *Hist. Franc. scr.* I. 656-57; III. 385-86, 427-28, 438. — HONTHEIM, *Prodr. hist. Trev.* I. 458. — BOUQUET, III. 628-29; V. 480-81; IX. 149-50; XI. 463. — HOLDER-EGGER, t. c. 1203, not. **.

b. *Inc. prol.* Universis sub iugo levi Christi militantibus — *Inc.* Igitur ss. virginis Gertrudis temporibus vir quidam fuerat ven. nomine Witgerus — *Des.* quae me scribentem ac omnes audientes respiciat et legentes. Amen. [3686

EXC. (prologus) *Catal. Brux.* I. 391, 44°. — Cf. etiam *Anal. Boll.* XIV. 46, 27°.

Gudwalus ep. Britannus cultus Gandavi, saec. VII. — Iun. 6.

1. VITA, libris 3. *Inc. prol.* Angelico comprobante testimonio — *Inc. lib. I.* In illis igitur diebus cum christiani imperii maiestas — *Des.* cum tanto decore collocavit. Quod actum constat III non dec., Lothario quidem rege... [3687

Act. SS. Iun. I. 729-42; 3ª ed. 718-30. — (**Mut.** et plurimum contracta) SURIUS, III (1572), 509-18; (1579), 616-22; VI (1618), 108-11; VI (1877), 146-57.

2. MIRACULA. *Inc. prol.* Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus — *Inc.* Anno incarnati Verbi MXLIII, VIII id. iun., II feria — *Des.* immo velut debriatio quaedam populis orta est. [3688

Act. SS. t. c. 743-48; 3ª ed. 732-36.

3. Sermo in translatione SS. Gudwali et Bertulfi. *Inc.* Quicumque memoriam sanctorum agit — *Des.* in loco Blandinium dicto. [3689

Act. SS. t. c. 742-43; 3ª ed. 730-31.

4. Epitome. *Inc.* S. Gudwalus Britanniae finibus ortus — *Des.* et pluvias statim largissime caelum dedit. [3690

Capgravius, f. 167-68.

Gue... *Vid.* **We...**

Guesnoveus. *Vid.* **Goeznoveus.**

Guethnocus. *Vid.* **Iacutus.**

Gui... *Vid.* **Wi...**

Guignerus. *Vid.* **Fingar.**

Gulielmus. *Vid.* **Willelmus.**

Gumbertus ep., fundator monasterii Ansbacensis, saec. VIII. — Iul. 15.

Vita. *Inc.* B. Gumbertus nobilium secundum carnem parentum stirpe — *Des.* in hoc mundo coruscat miraculis, praestante... [3691

Act. SS. Iul. IV. 69-71; || Strebel (I. S.), *Franconia illustrata*, I (1761), 188-201.

Gumbertus m. Avennaci in agro Remensi, saec. VII. — April. 29.

Vita. *Inc.* Tempore quo gubernabat Francigena sceptra rex potentissimus Childericus — *Des.* triumphat cum angelis laureatus, donante Dño N. I. C... [3692

Officium SS. Tresani, Gumberti et S. Berthae (Rhemis, 1557), 67-111; || *Act. SS.* April. III. 622-24; 3ª ed. 630-31 (ea quae editor interpolata censuit, inter annotationes reiecta sunt vel etiam prorsus omissa).

Gumbertus ep. Senonensis (?), fundator monasterii Senoniensis, saec. VII. — Febr. 21.

Vita auct. Richero (*Gesta Senoniensis eccl.*, I. 1-3). *Inc.* Igitur in tempore illo, cum ab incarnato Dei Verbo DCCXX ageretur annus — *Des.* et fundatorum nomina perlegeris. [3693

D'Achery, *Spicilegium*, III. 273-77; || Id. ed. de la Barre, II. 604-5; || Mabillon, *Acta*, III, 2. 470-72; 2ª ed. 426-28; || Calmet, *Hist. de Lorraine*, II, preuves, 2-5; 2ª ed. III, preuves, 141-43; || Waitz (G.), in *MG.* Scr. XXV. 257-59.

Exc. Bouquet, III. 583-84.

Gumesindus et Servus Dei mm. Cordubae, † 852. — Ian. 13.

* Eulogius, *Mem. SS.* II. 9 (*P.L.* CXV. 776); || Surius, I (1618), 180; || *Act. SS.* Ian. I. 823; 3ª ed. II. 105.

Gummarus conf. Lirae in Belgio, saec. VIII extr. — Oct. 11.

1. Vita et translatio. *Inc.* S. Gummarus generosa stirpe exortus apud Emblehem — *Des.* perseveranter pulsent. Imploremus ergo misericordiam summi iudicis... [3694

α) *Hist. SS.* (Colon. 1483), *f.* 403ᵈ-8ᵈ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 237ᵛ-43. — (Mut.) Surius, V (1574), 695-700; (1580), 779-84; X (1618), 160-63; X (1879), 344-51.

β) (desunt commentatiunculae piae, quae in α post nonnulla capitula leguntur) *Act. SS.* Oct. V. 682-88; || Deckers (P. G. L.), *Leven en eerdienst van den heiligen ridder Gummarus* (Lier, [1870]), 479-94.

γ) (epitome) Vid. *Catal. Brux.* I. 102, 34°.

Additamentum. *Inc.* Consimile miraculum accidit de alio... [3695

Cf. *Anal. Boll.* XIV. 50, 65°.

2. Prologus in Vitam metricam, auct. Theobaldo. *Inc.* Dño Sigero... Hortata est caritas tua... [3696

Act. SS. t. c. 682; || Deckers, t. c. 478-79.

3. Vita metrica. *Inc. prol.* Ut solis lampas nocturnas dissipat umbras — *Inc.* Stillavit caelo donum pietatis ab alto — *Des.* Munere nec gemino caruit, dum corpore vixit. [3697

De qua *Act. SS.* t. c. 677, n. 11; 681, n. 22; || Deckers, t. c. 467, n. 11; 475, n. 22; || *Anal. Boll.* XIV. 50, 66°.

4. Versiculi de miraculis. Sunt bis centenis nonaginta quoque quinis — *Des.* sic crescit fabrica, solvuntur debita multa. [3698

Cf. *Anal. Boll.* t. c. 50, 67°.

5. Miracula an. 1475. *Inc. prol.* Benedictus Deus in donis suis — *Inc.* Anno Dñi mccccLxxv in die ss. Pentecostes — *Des.* Quorum multiplicitatem satis explicat... [3699

Act. SS. t. c. 689-97; || Deckers, t. c. 495-513.

Gundbertus, Gundebertus. *Vid.* **Gumbertus.**

Gundecharus ep. Eichstetensis, † 1075. — Aug. 2.

Miracula an. 1309. *Inc.* Anno Dñi mcccix, feria vi... Quaedam puella, nomine Leukardis — *Des.* et tandem quasi post 12 dies omnino convaluit. [3700

Act. SS. Aug. I. 184-89.

Gundelbertus ep. Senonensis. *Vid.* **Gumbertus.**

Gundleius rex Australium Britonum, saec. VI. — Mart. 29.

